



**Venerabilis Bedæ Presbyteri Anglo-Saxonis, Doctoris
Ecclesiæ Vere Illuminati Opera Theologica, Moralia,
Historica, Philosophica, Mathematica & Rhetorica,
quotquot hucusque haberi potuerunt omnia**

In Vetus Et Novum Testamentum, Salvberrimis In Moysis Pentatevchvm,
Tobiam & Iobum, Libros Regum, Davidis Pasalmos, Parabolas Salomonis &
Cantica, Prophetas &c. explanationibus & Quæstionibus enodata:
Moralibus doctrinis & expositionibus in quatuor Evangelistarum Evangelia
illustrata: facundissimis ...

Sive Homiliæ In Dominicas Anni, Et Festa Sanctorum

Beda <Heiliger>

Coloniæ Agrippinæ, 1688

Homiliæ hyemales de Sanctis, XVI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72051](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72051)

quotidiani fidelium reatus, sine quibus in hac vita non vivit, quotidiana eius gratia mundantur, Pedes namque, quibus incedentes terram tangimus, ideoque eos a contagio pulveris, sicut reliquum corpus, immunes custodire nequimus, ipsam terram inhabitacionis necessitate delignant: qua in quantum quotidie defides nos & negligentas afficimur, in tantum etiam ut magni quique & summae conversacionis viri a celesti, quam maxime diligunt, contemplatione revocantur, ut si dixerimus, *Quia peccatum non habemus, nos ipsos seducamus, & veritas non sit in nobis.* Qui ergo lotus est, non indiget nisi ut pedes lavet, sed est mundus totus. Quia qui ablutus est fonte baptismatis in remissionem omnium peccatorum, non indiget rursum, imò non potest eodem modo abluì, sed quotidiana tantum mundanae conversacionis contagia necesse habet, quotidiana sui redemptoris indulgentiam tergantur. Est enim toto actionum suarum corpore mundus, exceptis duntaxat iis, quæ menti necessitate curæ temporalis adhererunt, ob quorum quotidianam fordidationem simul & emundationem quotidie dicimus orantes: *Et dimitte nobis debita nostra sicut & nos dimitimus debitoribus nostris.* Verum hæc de Apostolis eorumque similibus dicta sunt. *Beati videlicet & immaculati, qui timentes Dominum ambulavit in viis ejus.* At nos qui divini sæpè timoris oblitii, iter lavum incedimus, non illa levi & quotidiana orationum solennitate possumus aberratum nostrorum forde liberari, sed major necesse est inquinatio majori orationum, vigiliarum vel jejuniorum, lachrymarum atque elemosynarum exercitio purgetur: ipso nimirum interius vestigia cordis nostri mundante qui sedens in dextera Dei per assumptæ habitum humanitatis quotidie interpellat pro nobis. Postquam verò lavit pedes discipulorum Dominus, accepit vestimenta sua, & cum recubivisset, iterum aperuit verbo ministerium lavacionis, quòd eis paulò ante factò necdum scientibus exhibuerat. Quia postquam patiendo in cruce lavacrum nobis remissionis consecravit, accepit membra jam immortalia quæ mortalia postuerat: & cum post resurrectionem apparuisset discipulis, ac familiariter cum eis esset etiam in convalescendo per dies quadraginta conversatus, exposuit eis utilitatem suæ passionis, ejus eatenus, quia virtutem mysticam nesciebant, eventum satis timebant.

Si ergo, inquit, lavi vestros pedes, Dominus & magister, & vos debetis alter alterius lavare pedes. Quæ videlicet sententia & ad literam & ad mysticum sentum rectè accipi, & devotè debet impleri. Ad literam quidem, ut per charitatem serviamus invicem, non solum in lavando pedes fratrum, sed etiam in quibuslibet eorum necessitatibus adjuvandis: ad mysticum verò intellectum, ut licet Dominus nobis peccata penitentibus dimittere consuevit, ita etiã nos peccantibus in nos fratribus dimittere sellinemus. Sicut ille lavit nos à peccatis nostris interpellando patrem pro nobis, ita & nos si scimus fratrem nostrum peccare peccatum non ad mortem, petamus ut detur ei vita peccanti non ad mortem. Et sicut Jacobus Apostolus admonet, *consecramur alterutrum peccata nostra, & oremus pro invicem, ut salvemur:* sicut ille pro nobis animam suam posuit, sic & nos instante temporis articulo pro fratribus animas ponamus. Sequitur:

Amen dico vobis, non est servus major domino suo, neque Apostolus major eo qui misit illum. Hoc idèd dixit, quia laverat pedes servorum suorum Dominus, & ipse qui misit, eorum quos misit. A postolus Græcè, Latine dicitur missus, ut ostenderet ea quæ excelsus fecit humiliter, multò magis humilibus & infirmis humiliter esse faciendâ. Sed ut hoc in loco spiritalis intellectus commoneret, quia si ipse qui peccatum non fecit, nec invenit est dolus in ore ejus, interpellat pro nostris excessibus, multò magis ipsi debemus orare pro invicem. Sed etsi dimittit nobis ille, cui non habemus quòd dimitramus, multò magis oportet nos alterutrum dimittere nobis debita nostra. Quod ipsum Apostolus quoque præcipiens, ait: *Estote autem invicem benigni, misericordes, donantes invicem sicut & Deus in Christo donavit vobis.*

1. Ioan. 1

Matt. 6

Luc. 11

Pf. 118

Ad. 1

Matt. 6

Mar. 11

1. Ioan. 5

Jacob. 5

1. Ioan. 3

1. Petr. 2

Esai. 53

Ephe. 4

Si hæc, inquit, fecit, beatus eritis si feceritis ea. Salutari hæc multum nostri Salvatoris, & sedulo est cogitanda sententia: quia beati erimus sciendo celestia præcepta, si tamen ea quæ novimus, operando sectemur. Qui enim cognita ejus mandata servare negligit, beatus esse non valet: qui hæc vel cognoscere contemnit, multò longius à beatorum forte secluditur. Congruit his Psalmista, qui mortalium corda perpendens, æquè omnes beatitudinem amare, sed paucos ubi est quærere conspiciens, ipse quæ sit maxima in hac vita hominis beatitudo manifestè protelatus est, dicens: *Beati immaculati in via, qui ambulavit in lege Domini.* Et ne putaretur hæc via immaculatum ac beatorum ab imperitis passim & rudibus posse comprehendere, confrequenter adjunxit & ait: *Beati qui scrutantur testimonia ejus, in toto corde exquisunt eum.* Quapropter charissimi regemus ejus clementiam, qui mandavit mandata sua custodiri nimis, ut dirigat ipse vias nostras ad custodiendas justificationes suas, ipse post custodiam mandatorum suorum ad beatitudinem nos suæ perpetuæ visionis inducat Iesus Christus Dominus noster, qui vivit & regnat cum Patre in unitate Spiritus sancti, per omnia secula seculorum, Amen.

Psal. 118

HOMILIARUM QUADRAGESIMALIUM BEDÆ PRESBYTERI, FINIS.

BEDÆ PRESBYTERI HOMILIÆ HYEMALES DE SANCTIS.

IN VIGILIIS SANCTI ANDRÆ, JOANNIS I.

In illo tempore stabat Ioannes, & ex discipulis ejus duo: & respiciens Iesum ambulans, dicit: *Ecce agnus Dei: & audierunt eum duo discipuli loquentes, & secuti sunt Iesum. Conversus autem Iesus, & videns eos sequentes se, dixit eis: Quid queritis? qui dixerunt ei: Rabbi, quod dicitur interpretatum, Magister, ubi habitas? Et reliqua.*

BEDÆ PRESBYTERI DE EADEM LECTONE.

Tanta ac talis est divina scripturæ sublimitas, ut non solum verba, quæ à sanctis vel ab ipso Domino dicta referuntur, sed etiam circumstantia rerum, quæ simpliciter posita videntur, spiritalibus sit plena mysteriis. Ecce enim narrante Evangelista, fratres charissimi, audivimus, *Quia stabat Ioannes, & discipuli ejus duo, & respiciens Iesum ambulans dicit: Ecce agnus Dei.* Itaque cognovimus, imò jam notum ad memoriam revocavimus, quare Iesum præcurator suus agnum Dei vocaverit: quia videlicet eum præ cæteris mortalibus singulariter innocentem, hoc est, ab omni peccato mundum novit: quia nos sanguine suo redempturum (quia dona sui velleris sponte largiturum, ex quo vestem nobis nuptialem facere possimus, id est, exempla vivendi nobis relicturum) prævidit, quibus in dilectione calefieri deberemus. Hoc est ergo testimonium præcuratoris Domini, quia facile patet fidelibus cum amoris intimi somitem audientium cordibus infundit. Sed non est putandum, quia sine certi ratione mysterii hoc relaturus Evangelista præmiserit, sterisse Ioannem cum discipulis, Iesum verò ambulasse, & illò utique ambulasse, ubi sequentibus se discipulis Ioannis mansionem, in qua habitaba: ostenderet, cæteraque hujusmodi, quæ sequentia lectionis Evangelicæ commemorant, si enucleatius discutatur, inveniemus celestibus redundare mysteriis. Stabat enim Ioannes & respexit Iesum, quia in magno jam culmine perfectionis animi gressum fixerat, unde jure celsitudinem divinæ majestatis mereretur intueri. Stabat, quia illam virtutum arcem conscenderat, à qua

nullis tentationum posset improbitatibus dejici. Stabant cum illo & discipuli, quia magisterium ejus corde sequebantur immobili.

Et respiciens, inquit, Iesum ambulans, dicit: Ecce agnus Dei. Ambulatio Iesu dispensatione in carnationis, qua ad nos venire, ac nobis exempla vivendi præbere dignatus est. Insignat: sicut manio ejus æternitatem divinitatis, in qua semper est patri æqualis, aprissimè designat. Respiciens ergo Iesum ambulans Ioannes dicit. *Ecce agnus Dei*, quia videns eum inter homines conversantem, profectumque illis vitæ cœlestis & factis demonstrantem, & verbis aperte pronuntiabat, quia non ipse ut putabant, sed ille esset, qui ad redemptionem generis humani à Deo patre missus esset in mundum, ille qui suam innocentiam & patientiam in le credentibus esset daturus, de quo in carne venturo præcens Propheta dicebat: *Sicut avis ad occisionem ducetur, & sicut agnus coram tondente se sine voce sic obmutescit.* Et iterum: *Ipsa autem vulneratus est propter peccata nostra, & livore ejus sanati sumus.*

Esaiâ 53

Et audierunt eum duo discipuli loquentes, & secuti sunt. (sum.) Testimonium perhibente Ioanne, qua letus esset agnus Dei, secuti sunt illum duo discipuli, magis desiderantes ab ipso Iesu, quam à præcursore illius verbum gratiæ percipere, quo & ipsi mererentur in agnorum Dei sorte computari. Bene autem duo discipuli sunt inventi, qui Dominum primi sequerentur, ut etiam mysticè designarent, omnes qui illum perfectè sequerentur, gemina dilectione devotos esse debere, hoc est, & ejusdem sui redemptoris & fratrum simul amore flagrantes.

Conversus autem Iesus, & videns eos sequentes se, dicit eis: Quid queritis? Non potuit ignorare Dominus, quid sequentes se discipuli Ioannis quererent: sed in eo quod ad illos se sequentes convertitur, quod ipse prior quærerent, interrogat, quod dat eis fiduciam, quæque vellet rogandi manifeste innotuit, quantum bonis nostris studiis delectetur, quam libenter iter veritatis inchoantibus ipse auxilium laturus occurrat.

Quid dixerunt ei: Rabbi, quod dicitur interpretatum, magister ubi habitas. Nolebant transitorie magisterio veritatis perfrui, sed mansionem potius, in qua habitaret, inquirebant: quatenus & tunc liberius in secreto verbis illius imbui, & exinde sapius eum possent visitare plenius instruendi. Vnde & ipse, quia illos bene petentes, quærentes, pullantes vidit, libens eis secretarium sui referavit arcani, eorumque introducens veritatis evangelicæ rudimentis, quæ dehebant, illustravit. Nam sequitur:

Dicit eis: Venite, & videte (Secundum, subjungitur) Venerunt & viderunt ubi maneret, & apud eum manserunt die illo. Quod si altiore sensu libet inspicere, quid nobis agendum, inveniunt discipuli in eo quod ad Dominum quidem ambulantes venerunt: sed locum continuò, ubi habitaret, inquirebant, admonent utique, nos ut quoties incarnationis ejus transitum ad mentem reducimus, sollicito semper eum corde rogemus, ut habitationem nobis æternæ suæ mansionis, quæ est apud patrem, ostendere dignetur, dicentes cum Moyse: *Domine, ostende nobis gloriam tuam.* Quia autem ipse discipulos venire, & ubi maneret, videre præcipit, virtutum profectò studium, quibus ad æternam gratiam perveniamus, subeundum nobis ostendit. Venire etenim post Iesum est, ut mansionem ejus videre possimus, bonis operibus quæ ipse præmonstravit, insistere, horumque quotidianis profectibus ad celsitudinem divinæ visionis attingere.

Exod. 33

Venerunt, inquit, & viderunt ubi maneret, & apud eum manserunt die illa: hora autem eras quasi decima. Quia lex in decem præceptis data est, solet in denario numero perfectio legis indicari. Bene ergò decima hora venerunt discipuli, ut mansionem Iesu viderent: quia nimitum necesse est, ut qui Deum videre desiderat, Dei se mādatis humiliter tubdat: quique luce divinæ contemplationis postmodum frui appetit, prius adjuvante Domino decalogum legis per opera lucis, quasi decem horas diei sole illustrante cōpleat. Et illi quidem die illo manentes apud Dominum, felicissima veritatis speculatione vesperam expectabant. At veiò

Exod. 10

omnes electi post operum bonorum perfectionem, post impleta legis Dei præcepta, perpetuum & nulli fini obnoxium diem sunt cum illo acturi; illum videlicet quem videre desiderans Propheta cantabat, *Quia melior est dies una in atriis tuis super millia.*

Erat autem Andreas frater Simonis Patri, unus ex duobus qui audierant ab Ioanne, & secuti fuerant eum. Invenit hic primum fratrem suum Simonem, & dicit ei: Invenimus Messiam, quod est interpretatum, Christus. Et adduxit eum ad Iesum. Andreas Dominum quem invenit, etiam fratri Simoni sequendum evangelizat: quia hoc est verè Dominum invenire, vera illius dilectione fervere, fratrem quoque salutis curam gerere. Ille enim perfectè conditoris sui ducatum sequitur, qui etiam proximi quantum valet, habere comitatum nititur. *Inveni, inquit, Messiam, quod est interpretatum, Christus. Messias idem est, quod Christus: sed Messias Hebræo sermone, Christus dicitur Græco: Latine autem unctus interpretatur. Vnde & Christa Græcè, Latine unctio dicitur. Christus autem, id est, unctus appellatur Dominus, quia sicut Petrus ait, Vixit eum Deus Spiritu sancto & virtute. Vnde etiam Psalmista in ejus laude loquitur: Vixit te Deus, Deus tuus, oleo latissia præ confortibus tuis. Confortes autem ejus nos vocat, qui ad accipiendam spiritus sancti gratiam in baptismo etiam Christumare visibili perungi mur, & à Christi nomine Christiani vocamur. Sed ille præ confortibus unctus est, cui sicut Ioannes Baptista testatur, non ad mensuram dat Deus spiritum, sed omnia dedit in manu ejus. Nam de confortibus ejusdem unctiois dicit Apollolus: Vnicuique autem nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi. Vocabantur autem Christi, & sacerdotes in lege & reges, in figuram nimirum ejusdem viri Regis, & Pontificis magni, Domini ac Salvatoris, in cuius typo etiam materiali limbebantur oleo. Non solum autem illi, sed & nostri temporis fideles, ut à Christo Christiani, ita & iam ab ipsa sacri christi unctio, & ab ipsa Spiritus sancti gratia, qua consecrantur, Christi rectè nuncupantur, Propheta teste qui ait: Existi in salutem populi tui, ut salvos facias Christos tuos. Exiit qui pape in salutem populi sui, ut salvos facias Christos suos, qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de caelo, & incarnatus est, ut spiritali gratia perunctos ac fanatos sui sancti nominis donaret esse participes. Sequitur:*

Aff. 10
Psal. 44

Ioan. 3

Ephes. 4

Exod. 30

Levit. 8

Abac. 3

1. Reg. 16

Intuitus autem eum Iesus, dicit: Tu es Simon, filius Ioanna. Intuitus est Simonem letus, non exterioribus solum oculis, sed & interno divinitatis in vultu, juxta illud beati Samuelis: *Homo videt in facie, Deus autem in vultu cor.* Vidit cordis ejus simplicitate, vidit animi sublimitate, cuius merito cunctæ esset præferendus Ecclesiæ. Vidit, quia, vocante Andrea fervente ad se amore pervolaverit: ideòque venientem mox familiari affatur eloquio, *Tu es, inquit, Simon filius Ioanna.* Nec magnè est Domino vocabulum cuiuslibet hominis vel patris ejus dicere, qui omnium sanctorum nomina scripta tenet in cælo: sed posturus discipulo nomen meriti sublimioris, ditaturus vocabulo, quod totius Ecclesiæ præstuli congrueret, primò voluit ostendere, quia quod à parentibus acceperat, nomen, etiam ipsum significatione virtutis non careret. Simon ergo obediens, Ioanna dicitur Domini gratia, *Tu es Simon filius Ioanna*, tu es obediens filius gratiæ Dei. Et merito ille obediens nomine censetur, qui & prius invitante Andrea mox Dominum videre curavit: & postmodum cum ipse Dominus eum ad discipulatum vocaret, statim cum eodem Andrea, quæ pariter vocavit relictis rebus, quorum usu vivebat, eum sequi non distulit. Vnde & Andrea quoque nomen veram mentis ejus imaginem præfert. Andreas namque Græcè, Latine dicitur virilis. Et illi libenter Dominum vel ad prædicationem Ioannis, vel ad ipsius Domini iussionem sequendo ad eorum se fortè pertinere docet, qui temporalia quæ possident, fortiter æternorum amorè contemnunt: *qui credentes videte bona Domini in terra viventium, donec hæc percipiant, expectare Dominum cum Psalmista, & viriliter agere, ac cor suum confortate contendunt.* quod autè Simon filius fuit Ioanna, i. gratiæ Dei, aperte demonstrat: quia quicquid devotæ obedientiis

Psal. 26

Ibidem

Domi-

Dominus impendit, quicquid merito obedientie pramii perennis a Domino recepit, totum hoc nimirum praeveniente te gratia supernae pietatis, ut habere possit, accipit. Ecce audistis, fratres charissimi, quare primus Apostolorum prius Simon dictus, quo mysterio filius sit Ioanna: restat perferuntur, quid arcani contineat nomen, quo eum denuo Salvator appellavit.

Tu, inquit, vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus. Neque verò Petri vocabulo, quasi Hebraeo vel Syro aliam interpretationem quaerere oportet: sed pro certo noce, quia idem Graeco & Latine Petrus, quod Syriacè Cephas significat, & in utraque lingua nomen à petra derivatum est. Vocatur autem Petrus ob firmitatem fidei: vocatur Petrus ob invincibile robur mentis: vocatur Petrus, quia illi solidissima petra, de qua Apostolus ait, *Petra auiem erat Christus*, unica devotione adhaesit. Hinc est enim, quòd eadè petra, videlicet Christus, cum interrogaret discipulos suos, què eum dicerent esse, ac Petrus respondere dices, *Tu es Christus filius Dei vivi*, continuo puram eius confessionem iuxta utriusq; nominis significantiam digna remuneratione donavit: sed & ipsa Petri appellatio quid in se sacramenti gestaret, aperuit. Primum namque ait de Simone: *Beatus es Simon Bariona, quia caro & sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus, qui in caelo est: ac deinde subiunxit de Petro, Es ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam. Tu es, inquit, Petrus, & super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam: tu es Petrus, & super hanc petram, à qua tu nomen accepisti, hoc est super me ipsum aedificabo Ecclesiam meam: super hanc fidei perfectionem, quam et còfessus es, aedificabo Ecclesiam meam, à cuius societate còfessionis quicquid devaverit, quamvis tibi magna videatur agere, ad aedificium Ecclesiae meae non pertinet. Petrus igitur à summa petra, videlicet Christo quem ardentè amavit, nomen accepit: Christus etenim vocatur petra, quia inexpugnabile ad se confugiens praesidium tribuit: quoniam sperantes in se ab antiqui hostis insidiis munitos reddit & tutos. Nec praeterendum est, quòd ob hoc quoque Dominus petra vocatur, quia spiritualium nobis charismatum fluenta ministrat, quia sacrosancta nos sui sanguinis còmunione purificat. Quod facilius intelligitur, & iocundius forte retinebitur, si ad memoriam revocetur, quae sit iuxta historiam petra, de qua Apostolus mysticè, quia Christum significaret, exponit. *Liberis: s. n. ang. Egypti servitus populus, per mare rubrum venit in desertum, in quo per annos 40. donec ad terram repromissionis veniret, iter agebat. Qui quodam tempore, famè siti sauci, in eremo clamavit ad Moysen. At Dominus orante Moysi, sicut scriptum est, plus illi manna, manducare panem caeli dedit eis. Rursus quoque praecipit Moysi, ut per usum virga petram, quòd dum faceret, exiit aqua. & bibit populus. Vnde dicitur in Psal. Quoniam per usum petram & fluxerunt aqua. Nos ergo, fratres charissimi, nos tumus populus Dei, qui Egypti servituti jugum per mare rubrum liberati evasimus: quia per aquam baptismi remissionem peccatorum, quae nos premebant, accepimus: nos qui inter arumnas vitae praesentis, quibus in siccitate eremi promissum nobis patriae caelestis expectamus ingressum: in qua videlicet eremo siti periclitamur, & fame spiritali deficiamus, si non redemptoris nostri nos dona confortent, si non incarnationis eius sacramenta renovet. Ipse est enim manna, quae nos victu caelesti, ne in huius seculi itinere deficiamus, recreat: ipse petra, quae spiritualibus nos donis inebriat, quae ligno crucis percussa poculù nobis vitae suo de latere manavit. Vnde dicit in Evangelio: *Ego sum panis vita. Qui venit ad me, non esuriet: & qui credit in me, non sitiet unquam.* Et congruenti satis figurarum ordine primò populus per mare salvatus est, ac sic ad cibum mannae, atque ad petram mystici portus pervenit: quia primum quidem aqua nos regenerationis abluit, ac deinde ad participationem sacri altaris, ubi redemptoris nostri carni ac sanguini communicemus, transmittit. Hæc de mysterio petrae spiritualis, à qua & primus pastor Ecclesiae nomen accepit, & in qua totius sanctae Ecclesiae fabrica immobilis & inconcussa perfluit, & per quam ipsa Ecclesia nascitur ac nutritur, latius exponendo dicere libuit:**

1. Cor. 10

Matth. 16

ibidem.

1. Cor. 16

Exod. 16

ibidem.

Psal. 77

Exod. 17

Pf. 77

Ioan. 6

quia solent arctius multo & aliquando ducunt in hanc eoribus audientium ea, quae figurarum antiquitate praemissa, sic demum nova spiritaliter explanatione dilucidantur, quam quae sine ullis figurarum, exemplis simpliciter tantum narratione credenda vel agenda monentur. Curemus autem fratres charissimi, ut huius petrae praedictio semper adherentes nulla labentium rerum contrarietate terrente, nulla blandiente serenitate, à fidei firmitate divellamur. Neglectis deliciis temporalibus, sola nos in praesenti Redemptoris nostri dona caelestia delectent, sola inter arumnas seculi spes visionis illius consoletur. Reclamamus seduli egregium David Prophetæ & Regis exemplum, qui cum in tantis Regni affluentis, honoribus ac divitiis nullum animae suae solatium posset invenire, tandem ad superna desideria erecto mentis intuitu memor fuit Dei, & delictatus est. Utque ad eandem eius visionem pervenire mereamur, oblacula victiorum, quae hanc impedire solent, satagamus à nostro & corpore & mente excludere. Neque enim ad eum nisi rectis operum gressibus pervenitur, neque facies eius munda nisi à mundis corde videtur. *Beati autem mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.* Quod ipse nobis praestare dignetur, qui promittere dignatus est Iesus Christus Deus & Dominus noster, qui vivit & regnat cum Patre in unitate Spiritus sancti per omnia secula seculorum, Amen.

Pf. 76

Matth. 5

IN DIE SANCTI ANDREAE.
Marc. 1. Matth. 4. Lucæ 5.

In illo tempore praeteriens Iesus secus mare Galilaeae, vidit Simonem, & Andream fratrem eius, mittentes retia in mare. Et reliqua.

BEDÆ PRESBYTERI DE
EADDEM LECTIONE.

Primi vocati sunt, ut Dominum sequerentur. Piscatores & illiterati mittuntur ad praedicandum, ne fides credentium non in virtute Dei, sed eloquentia atq; doctrina putaretur. Quæri autem potest, quomodo binos vocaverit de naviculis piscatores: primò Petrum & Andream, deinde progressus paululum alios duos filios Zebedaei, sicut narrat Mattheus & Marcus, cum Lucas dicat ambas eorum naviculas impletas magna illa captura piscum, sociosque Petri commemoret lacebunt & Ioannem filios Zebedaei vocatos ad adiuvandum, cum retia plena extrahere non possent, simulq; miratos tantam multitudinem piscium quae capta erat, & eum Petro tantum dixisse: *Noli timere, ex hoc jam homines eris capiens*, simul eum tamen subductis ad terram navibus, secutos fuisse. Vnde & intelligendum est, hoc primò esse factum, quod Lucas insinuat, nec tunc eos à Domino vocatos, sed tantum Petro fuisse praedictum, quod homines esset capturus. Quod non ita dictum est, quasi jam pisces nunquam esset capturus: nam & post resurrectionem Domini legimus esse piscatos. Dictum est ergo, quòd deinceps capturus esset homines: non dictum est, quod jam non esset capturus pisces. Vnde datur secundum Lucam intelligi, eos ad capturam piscum ex more remeasse, ut postea fieret, quod Mattheus & Marcus narrant, quando eos binos vocavit, & ipse iussit ut eum sequerentur, primo duobus Petro & Andream, deinde aliis Zebedaei duobus filiis. Tunc enim non subductis ad terram navibus tanquam cura redandi, sed ita eum secuti sunt, tanquam vocantem ac iubentem ut sequerentur.

Luc. 5

Ioan. 21

IN DIE SANCTI NICOLAI.
Lucæ 19.

In illo tempore dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc: Homo quidam nobilis abiit in regionem longinquam, accipere sibi regnum, & reverti. Et reliqua.

BEDÆ PRESBYTERI DE
EADÉM LECTIÓNE.

QVONIAM discipuli supra audita Domini passione vel resurrectione Hierosolymis implenda, non inreigebant quæ dicebantur, exultantes continuo regnum Dei esse venturum: hanc eorum ignorantiam illuminans ostendit se primò sui regni fidem toto orbe dispersurum, ac sic in fine mundi iudicem omnium seculorum Regemque venturum.

Dixit ergo: Homo quidam nobilis abiit in regionem longinquam, accipere sibi regnum, & reverti. Homo nobilis ille est, cui cæcus supra clamabat; Filius David miserere mihi. Et venienti Hierosolymam concinebant: Hosanna filio David, benedictus qui venit in nomine Domini, Rex Israel, longinqua regio, Ecclesia est ex gentibus, de qua eadem homini nobili qui loquitur. Ego autem constitutus sum Rex ab eo dicitur a patre, Postula à me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam, & possessionem tuam in minus terra. Quæ vide licet hereditas ac possessio, bifaria ratione regio longinqua vocatur: vel quia à filiis terra clamant ad Dominum, vel quia longe est à peccatoribus salus. Et cum Deus ubique sit præsens, longè tamen ab eorum sensu qui idola colunt, Deus verus abest. Sed qui erat longe facti sunt propè in sanguine Christi.

Vocatus autem servus dedit illis decem mnas. Denarius numerus ad legem pertinet propter decalogum. Vocatur igitur paterfamilias decem servo, quia elegit discipulos per litteram legis imbutos: dat eis decem mnas, quia dicit legis spiritaliter intelligenda revelat. Post passionem quippe resurrectionemque: quam aperuit illis sensum, ut intelligerent scripturas. Mna namque quam Graeci mnan vocant, centurum drachmis appenditur. Et omnis scriptura sermo quia vitæ coelestis perfectionem suggerit, quasi numeri centenarii pondere fulgescit.

Et ait illi: Negotiamini dum venio. Verba, inquit, legis ac Prophetarum mythica interpretatione disculsa potius offerre, atque ab eis fidei confessionem, morumque prohibitam recipite. Iuxta quod Psalmi ista sunt auditoribus præcipit, dicens: Sumite Psalmum, & dote tympanum, hoc est, laudem prædicationis in cordis intentione percipite, & devotionem operis in carnis castigatione adhibete. Tympanum quippe, est pellis in ligno extenta: pellis verò in ligno extenta, caro est nostra, ad exemplum Dominicæ crucis afflicta.

Cives autem ejus oderunt eum, & miserunt legationem post illum, dicentes: Noluit hunc regnare super nos. Cives impios Iudæos dicit, de quibus alibi protestatur: Nunc autem & viderunt, & oderunt me, & patrem meum. Qui non solum præsentem usque ad mortem crucis oderant, sed etiam post resurrectionem ejus immiserunt persecutionem Apostolis, & prædicationem regni coelestis sperverunt.

Et factum est, ut redires accepto regno. Significat tempus quando in manifestissima & eminentissima claritate venturus est, qui eis humilis apparuit cum diceret: Regnum meum non est de hoc mundo.

Et iussit vocari servos, quibus dedit pecuniam, ut servi quantum quisque negotiatus esset. Vires, inquit, non eum quid lateat, cui verissime dictum est, Domine, tu omnia scis: sed sciret dicit, scire omnes faceret. Tunc enim omnium opera & cogitationes palam omnibus ostenduntur, quomodo in Deuteronomio: Tentat, inquit, vos Dominus Deus vester, ut scias si diligis eum, hoc est, scire faciat. Nemo lanè arbitretur eos solummodo, quibus gratia prædicandi data est, non autem & eos quibus prædicatum est ad iudicium tunc esse vocandos. Ipsi sunt enim pecunia, quam boni servi acquirere mercando: quin etiam sciat eos quoque, quibus nunquam est prædicatum, ibidem adesse damnandos, de quibus infra dicemus.

Veni aut in primis, dicens: Domine, mna tua decem mnas acquisivit. Primus servus, ordo doctorum est in circuncisionem millorum, qui unam mnam negotiatus accepit: quia unum Dominum, unam fidem, & unum baptismum unum Deum prædicare missus est. Sed hæc eadem mna

decem mnas acquisivit, quia populum sub lege constitutum, libimet docendo sociavit.

Et ait illi: Euge serve bone, quia in modico fuisti fidelis, eris potestas, in habens supra decem civitates. In modico servus est fidelis, quia non adulterat verbum Dei, sed sicut ex Deo coram Deo in Christo loquitur. Quicquid enim in presenti percipimus donorum, in comparatione futurorum perpaucum est & modicum, quia ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus: cum autem venerit quod perfectum est, evacuabitur quod ex parte est. Civitates autem decem sunt, animæ per legis verbum ad gratiam Evangelii venientes, quibus iure tunc glorificandus ille proponitur, qui eis pecuniam verbi, dignè Deo commodaverit. Unde quidam negotiator egregius, civitates quibus præerat, hoc est animas quas regendas acceperat, alloquitur: Quæ est, ait spes vestra aut gaudium, aut corona gloria. Nonne vos ante Dominum Iesum?

Et alter venit, dicens: Domine, mna tua feci quinque mnas. Servus ille cæcus est eorum, qui præputio evangelizare missi sunt, cui Dominus ad prædicandum eunti, unam mnam, hoc est, unam eademque fidem, quæ & circumcisioni credita est, præliterat. Sed hæc quinque mnas fecit, quia gentes corporis sensibus ante mancipatas ad fidei Evangelicæ gratiam convertit.

Et tunc ait: Et tu esto supra quinque civitates. Hoc est, ex earum quas imbuetas animarum fide & conversione, magnus sublimisque fulgeto. De quibus mythicè dicit Esaias: In die illa erunt quinque civitates in terra Egypti, loquentes lingua Chanaan. Quinque enim civitates in terra Egypti, quinque sunt corporis sensus, quibus in hoc mundo utimur, videlicet visus, auditus, gustus, olfactus, & tactus. Et qui videtur mulierem ad concupiscendam eam: qui avertit aures suas ne audiat pauperem: qui inebriatur vino, in quo est luxuria: qui coronare se gaudet rosis antequam marcescant, cuius sanguine plena sunt manus, & dextera repleta est muneribus: huius quinque civitates loquuntur lingua Egypti, id est, universi sensus faciunt opera tenebrarum; Egyptus enim tenebras sonat. At qui obtulit aures suas ne audiat sanguinem, & claudit oculos suos ne videat malum, qui gustat & videt, quam suavis est Dominus, qui castigat corpus suum, & servituti subicit. Qui potest dicere cum Apostolo Christi, Bonus odor sumus Deo, huius civitates loquuntur lingua Chanaan, quod interpretatur Chanaan, Et qui eas à tenebris docendo commutaverit, rectè quinque civitatibus præfici mereatur: quia non de suis tantum, sed & de auditorum suorum, quos ad lucem vocavit, profectibus honoratur.

Et alter venit, dicens: Domine, ecce mna tua, quam habui repositam in sudario. Timus enim te, quia homo exstiteris es: tollis quod non posuisti, & metis quod non seminasti. Servus qui negotiari nullus acceptam Domini pecuniam in sudario repositum ostendit eos qui ad prædicandum idonei, prædicationis officium iubente Domino per Ecclesiam vel saltem suscipiendum vel susceptum dignè gerere detrectant. Pecuniam quippe in sudario ligare, est percepta dona sub otio leni torporis abscondere. Sui enim homines hæc sibi perveritate blandientes, ut dicant, Sufficit ut de se unusquisque rationem reddat. Quid opus est aliis prædicare, ut etiam de his rationem reddere quisque cogatur: cum apud Dominum etiam illi sint inexcusabiles, quibus lex data non est, neque auditio Evangelio dormierunt, quia per creaturam poterant creatorem agnoscere? Hoc est enim quasi metere, ubi non seminavit, i. eos etiam impietatis reos tenere, quibus verbum legis aut Evangelii non ministratum est. Hoc autem veluti periculum iudicii devitantes, pigro languore à verbi ministratore conquelescunt, & hoc est quasi in sudario ligare quod acceperunt.

Dicitur: De ore tuo te iustus serve nequam. Servus nequam vocatur, quia & piger ac deses est ad exercendum negotium, & procax ac superbus ad acculandum Domini iudicium.

Sciebas ergo quod ego auferus homo sum tollens quod non posui, & metens quod non seminavi: & quare non dististi pecuniam meam ad mensum? Quod putaverat se pro excusatione dixisse, in culpam propriam vertitur. Si, inquit, durum & cru-

Matt. 21

Marc. 11

Luca 19

Ioan. 12

Psal. 2

Psal. 60

Pf. 118

Ephes. 2

Luc. 42

Psal. 80

Ioan. 15

Act. 4

Ioan. 18

Ioan. 21

Deut. 13

1. Cor. 4

2. Cor. 2

1. Cor. 13

1. Thess. 2

Esai. 19

Matt. 5

Tob. 4

Sap. 2

Ephes. 5

Esai. 1

Psal. 25

Psa. 33

Psal. 33

2. Cor. 2

1. Cor. 9

Rom. 1

delem esse me noveras, & aliena sectari, ibique me ere ubi non seminaverim, quare non tibi istiusmodi cogitatio incussit timorem, ut scires me tua diligentius quaesitum, & dares pecuniam meam sive argentum ad mensam. Vtrunque enim *ap. 2. 10. 11.* *Græcus sermo significat. Eloquia Domini, inquit, eloquia casta, argentum igne examinatum. Pecuniam ergo & argentum prædicatio Evangelii est, & sermo divinus qui dari debuit ad mensam, hoc est, promptis paratisque fidelium cordibus intimari. Ad quam videlicet mensam, id est, auditorum mentem, non alia quam Dominica est deferenda pecunia, ut omnis sermo docentis scripturæ sensum sequatur. Nam quod Dominus non quamlibet pecuniam, sed suam dicit numulariis esse forenandam, exponit Apostolus, dicens: *Si quis loquitur quasi sermones Dei.**

Et ego veniens cum usura usiq; exegissem illud? Qui verbi pecuniam à doctore percipit, emittit; credendo, necesse est eam cum usuris solvat operando, ut quod audit didicit, exequatur & actu. In usura quippe pecunia etiam non data recipitur. Vel certe de accepto verbi favore usuras solvit, qui ex ea quod audit, etiam alia studet intelligere, quæ necdum ex prædicatorio ore didicit.

*Et stantibus dixit: Auferte ab illo mnas, & date illi qui decem mnas habet. Et dixerunt ei: Domine, habet decem mnas. Recte amittit collatam gratiam, quam prædicando aliis communicare neglexit, ut ei augeatur qui inde laboravit. Iuxta quod Angelo Ephesi Ecclesiæ dicitur: *Et movebo cancellabrum tuum de loco suo, nisi penitentiam egeris. Et cum regium christi, quod superbiendo Saul amisit, David obediendo promeruit. Spiritus, inquit, Domini descendit à Saul, & directus est in David à die illa, & deinceps. Quod verò ablata à nequam sermo mna ei, qui decem mnas habebat, dari iusta est, mysticè, ut reor indicat, intrante plenitudine gentium omnem Israel saluum futurum, & tunc abundantiam gratiæ spiritualis, quam modò non tepenter exercebat, illius populi doctoribus esse conferendam.**

Dico autem vobis, quia omni habentis dabitur: ab eo autem qui non habet, & quod habet, auferetur ab eo. Hæc ad superiora sententia respicit, docens & illum posse amittere munus Dei, qui habens non habet: i. non utitur, & in eo augeri qui habens habet, hoc est, bene utitur. Quæ gratiarum mutatio quoniam in hac vita geri solet, notandum quod illud Domini redentis examen etiam nunc ex parte celebratum, sed tunc est universaliter implendum. Quotidiè namq; accepto à patre regno redit, quia peregrinantis in terra Ecclesiæ semper statum conspicit: quotidie in tanto fidelium servorum numero huic pecuniam negotiaturò commodat, in altero modum consummati operis examinatur: hunc fideliter prudenterque laborantem amplioris gratiæ munere donat, illum desidias molles & marcida luxu ocia sectantem, & eo quod dederat, privat. Verùm universali manifestato iudicio, quod dictu quoque terribile est, multi qui ad docendum videbantur idonei, ob negligentiam suæ noxam inter indoctos reputabuntur. At alii simpliciores fratres, & elementorum penitus ignari ob conversationis tamen eximiam devotionem inter Apostolicos doctores præmia summa percipient. Qui enim recipit Prophetam in nomine Propheta, mercedem Prophetæ accipiet.

Veruntamen inimicos meos illos, qui noluerunt me regnare super se, adducite huc, & interficite ante me. Impetatem Iudæorum vel omnium reproborum ad Christum converti nolentium significat in die iudicii puniendam, ut per duos fideles servos utriusque populi doctores, per decem & quinque mnas idem credentes populi, per servum nequam mali Catholicum, per inimicos qui eum super se regnare noluerunt, impietas eorum qui verbum fidei aut nunquam audire, aut malè interpretando corrumpere maluerunt: per messionem ruris non seminari, eorum etiam quos verbum Dei nec audire contigit, discussio signetur. Quibus quinque personis omne genus humanum, quod in die iudicii futurum est, exprimitur.

IN FESTO CONCEPTIONIS MARIÆ.
Homiliam ejusdem invenies in Natali
beatæ Mariæ Virginis.

IN GALLI CANTU NATALIS
Domini. Lucæ 2.

IN illo tempore exiit edictum à Casare Augusto, ut describeretur universus orbis. Et reliqua.

BEDÆ PRESBYTERI DE
EADÉM LECTIÓNE.

AVDIVIMVS ex lectione Evangelica, fratres charissimi, quia nascituro in mundum redemptore, mundi Deo & Domino nostro Iesu Christo exiit edictum à Casare Augusto, qui tunc mundani regni apicem tenebat, ut mundus describeretur. Quod non casu contigisse putandum est, sed certissima dispensatione ejusdem nostri Redemptoris intelligendum esse provifum. Ipse etenim mediator Dei & hominum, sicut matrem sibi divinitus, quam voluit prævidit, de qua nasceretur, quando vellet humanitas ita etiã tempora divinitatis, quæ voluit elegit: imò ipse ea qualia voluit esse, donavit, talia videlicet in quibus sopito turbine bellorum, nova pacis tranquillitas totum contereget orbem. Quod enim majus in hac vita potuit esse pacis indicium, quam ab uno homine orbem describi universum, atque unius centus numismate concludi? Matrem quippe elegit virginem, quia non aliter Dei filium nasci in carne, quam de intemerata genitrice decebat. Tempus quando nasceretur summæ pacis elegit, quia hæc nimirum ei nascendi in mudo causa fuit, ut genus humanum ad supernæ pacis dona reduceret. Hinc etenim scriptum est: *Ipse est pax nostra, qui fecit utraq; unum: i. qui de Angelis & hominibus unam Dei domum pius mediator & reconciliator instituit. Pacis temporibus natus est Dominus noster, ut etiam statu temporis ipsum esse doceret, de quo promissa prophetia dicebat, *Multiplicabitur ejus imperium, & pacis non erit finis. Unde bene idem Propheeta aliàs, cum incarnationis illius ac nostræ redemptionis sacramenta mystico sermone descripsisset, dicens: *Et erit in novissimis diebus præparatus mons domus Domini in vertice montium, & elevabitur super colles, & fluent ad eum omnes gentes, serenitatem quoque pacis, quæ tunc esset futura, manifestè designavit, subjiciens: *Et constabunt gladios suos in vomeres, & lanceas suas in falces. Non levabit gens contra gentem gladium, nec exercebuntur ultra ad prælium. Propter quod & mox exhortando subiunxit: *Domus Jacob venite, & ambulemus in lumine Domini. Præmisit ergo tempora pacis, & sic apparens in carne ipse author pacis & temporum conditor, primò domui Jacob, id est, plebi Israeliticæ, deinde cunctis gentibus ad se confluentibus janua lucis aperuit, & pacis æternæ gaudia prædicavit. Nec prætereundum, quod ejus pacis terrena serenitas nato Regi cælesti, non solum testimonium gratiæ perhibuit, sed & obsequium impendit: quia prædicatoribus verbi illius peragrando orbem facultatem tribuit, & ubicunque vellent Evangelii gratiam disseminandi. Quod fieri minime posset, si non uno totus orbis regegeret imperio. Sed & ipsa totius orbis descriptio, quæ à terreno Rege facta memoratur, cælestis opera Regis manifestè designat: qui ad hoc nimirum apparuit in mundo, ut de cunctis per orbem nationibus electos in unitate fidei suæ colligeret, ac nomina sua sicut ipse promisit, in æternum scriberet in celo. Hoc quoque quod ad edictum Augusti ibant omnes, ut profiterentur singuli in suam civitatem, in nostri Regis est nobis servitio spiritualiter agendum. Nostra quippe civitas sancta Ecclesia est, quæ partim adhuc peregrinatur à Domino in terris, partim jam cū Domino regnat in celis, & post finem hujus sæculi perfecta, in æternum tota cū illo regnabit. In hanc ergo civitatē debemus omnes ire; nullum à tam salubri itinere oportet excusari. Omnes nos necesse est nato Regi debitum pendere censum: hoc est,*****

1. Tim. 2

Ephes. 2

Esaia. 9

Idem. 2

Ibidem.

Luc. 10

& in unitate nunc Ecclesie, nunc presentis iustis obtemperare divinis, & ad ingrellum patrie celestis infatigabili bonorum operum cu suo properare. Dabatur autem in professione census denarius, qui decem nummorum in se pondus habebat, Cæsaris imaginem continens, & nomen. Quod nos quoque spiritaliter oportet imitari: solvimus enim regi nostro denarium, cum decem præcepta legis illius implere satagimus. In quo videlicet denario nomen eiusdem regis nostri conscriptum gestamus, cum in cunctis actibus nostris meminerimus nos à Christo Christianos vocari, & dignitatem nominis ipsius intemeratam in nobis conservare curamus. Imaginem quoque eius in eodem denario bonæ nostræ conversationis exprimitur debemus, illam utique, quam ipse docuit, dicens: *Sancti estote, quia ego sanctus sum Dominus Deus vester.* Hæc est namque imago Dei, ad quam in primo homine conditi sumus, ut videlicet participatione divinæ sanctitatis perpetuò sancti essemus. Hinc etenim Psalmista ait: *Signa u est super nos lumen vultus tui Domine.* Sed quia hoc lumen divini vultus homo peccando amisit, placuit Deo humani vultus habitum in carne nascendo assumere, quo nos doceret in spiri- u debere renasci: placuit in similitudine carnis peccati sine peccato apparere, ut nos emundaret ab omni peccato, & claritatem nobis suæ reformaret imaginis.

Levit. 19

Psal. 4

Ephes. 2

Ascendit autem, inquit, Ioseph à Galilea de civitate Nazareth, in Iudæam civitatem David, quæ vocatur Bethleem, eò quod esset de domo & familia David, ut proficeretur cù Maria disposita sibi uxore prægrante. Divinitus constat esse procuratum, ut ad suam quique civitatem pergens ibi censu proficeretur, quatenus hoc edicto generali parentes nostri Salvatoris de Nazareth in Bethleem venire contingeret, sicque ad complenda varicinia Prophetarum utraque civitas incarnationis eius insigniretur arcanis: una videlicet conceptionis, altera natiuitatis honore præfulgens. Testatur namque Esaias Propheta, quod redemptorem nostrum in Nazareth concipi oporteret, cum dicit: *Egredietur virga de radice Iesse, & Nazareus de radice eius ascendet.* Interpretatur autem Nazareus: flos sive mundus. Quo vocabulo incarnatus pro nobis Dei filius rectè potuit cognominari, quia & ipse mundus vitiis omnibus naturam suscepit hominis, & in se credentibus cunctis flos spiritalium fructuum origo processit, quibus rectè ac beatè vivendi & militavit exempla, & dona concessit. *Egressa est ergo virga de radice Iesse, & Nazareus de radice eius ascendit,* quia intemerata virgo Maria de stirpe David orta est, de cuius carne Dominus in civitate Nazareth veritatem carnis sine inquinamento carnis assumpsit. Quod verò in Bethleem esset nasciturus, hoc quoque propheticis designatur oraculis cum dicitur: *Et tu Bethleem Ephrata, parvulus es in milibus Iudæ: ex te enim egredietur, qui sit dominator in Israel.* Qui benè in Bethleem nascitur, non solum propter iudicium regii schematis, quia David inde fuit, sed & propter nomen ipsum, quia Bethleem domus panis interpretatur. *Ego sum panis vivus qui de caelo descendi.* Quia ergo propterea de caelo ad terram descendit, ut nobis vitæ celestis alimoniam donaret, nosque æternæ dulcedinis munere satiaret, meritò locus in quo nascitur, domus panis vocatur. Est & alia ratio supernæ dispositionis, qua Dominus noster non in ea qua conceptus erat civitate, sed in alia nasceretur, ut videlicet ex hoc inimicos insidiantes facillius natiuitatis eius concitii vel ministri devitarent. Prævidebat quippe, quod eum mox natum Herodes persequi, atque ad mortem querere inciperet: & propterea sic natiuitatis eius mysterium voluit in civitate David peragi, ut parentes eius non ibi domum, non possessionem haberent, sed tantummodo tempore natiuitatis ipsius illo novitii adventarent, hospites manerent, statimque completa eadem natiuitate, ac declaratis signis celestibus, quæ ei testimonium dare decebat, in Ægyptum cum ipso secederent. Sic etenim factum est, ut non solum eum dum quaereret Herodes, minime reperiret: sed nec ullam cognatos eius vexandi occasionem haberet, cujus parentes qui essent, explorare non poterat. Nec præ-

Mich. 5

Matt. 2

Ioan. 6.

Matt. 2

tereunda silentio maxima conditoris & redemptoris nostri dignatio, quæ non solum incarnari pro nobis, sed eo tempore voluit incarnari, quo mox natæ professione census adscriberetur. Induit enim carnem, ut nos virtute spiritus indueret: descendit de caelo ad terras, ut nos de terris elevarer ad celum: solvit tributum Cæsari, ut nobis perpetuæ libertatis gratiam donaret: servivit Dei filius in homine Regi, qui divinæ servitutis ignorabat obsequium, ut nobis per hoc humilitatis formam tribueret: inobnuans videlicet quantum per charitatem servire debeamus invicem, cum ipse non despexerit ei, qui veræ charitatis erat nescius, impendere servitium. Vbi hoc quoque suo præmonstravit exemplo, quod postmodum Principis Apostolorum erat verbo docturus: *Subditus estote omni creature humane propter Deum, sive Regi quasi præcellenti, sive ducibus tanquam ab eo missis.*

1. Petr. 2 Rom. 13

Factum est autem, inquit, cum essent ibi, impleti sunt dies ut pareret. Et peperit filium suum primogenitum. Primogenitum vocavit Dominum, non quia credendum sit beatam Dei genitricem alios post eum peperisse filios, quam perpetua castitate una cum viro suo Ioseph constat esse memorabilem: sed ob id eum rectè primogenitum appellat, quia sicut Joannes ait, *Quos quos autem eum receperunt, dedit eis potestatem filios Dei fieri.* in quibus filiis ipse iure primatum tenet, qui & antequam nasceretur in carne Dei filius, absque initio natus exciterat. Descendit autem ad terras, factus est nostræ particeps naturæ, largitus est nobis suæ participum gratiæ, ut sicut Apostolus ait, *si ipse primogenitus in multo fratribus.*

Ioan. 1

Rom. 8

Et parvulus eum, inquit, involvit, & reclinavit eum in præsepio, quia non erat ei locus in divertiis. Et hic intuenda est, fratres charissimi, magna Redemptoris nostri dignatio. hic ex totis medullis cordis unicuique nostrum cum Propheta dicendum: *Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi.* Ille enim cui veraciter canimus, *Magnus Dominus & laudabilis nimis, & magnitudinis eius non est finis, parvulus natus est nobis,* ut nos renascendo de parvulis magnos, hoc est de peccatoribus faceret iustos. Qui ad dexteram patris sedet in caelo, loco egebat in divertiis, ut nobis copiam felicium mansionum in domo patris sui donaret, quo omnem creaturam sive in caelis invisibilem, sive visibilem in hoc mundo, multifariis induit ornantibus, qui in sua maiestate, sicut de eo Propheta dicit, *Amicus luminis sicut vestimtus, ipse in assumptione nostræ fragilitatis*

Ps. 115 Psal. 47

*exiguus contegitur pannis, ut primam nobis stotiam restitueret, ad gratiam nos immortalitatis, quam in primo parente amisimus, miseratus reducat. Ille per quem omnia facta sunt, manus pedesque suos, imo totum corpus quod induit, cunis involvi disposuit, ut manus nostras in bono opere promptas redderet, pedes nostros in viam pacis dirigeret, cuncta corporis nostri membra divinis manciparet obsequiis. Ille quem caelum, & caeli caelorum non capiunt, parvi præsepis angustia continetur, ut amplitudinem nobis supernarum sedium retribueret. Et quadam præcipui gratia sacramenti in præsepio sibi sedè elegit, ubi animalia solent ad vescendum convenire. Insinuavit enim jam tunc quia fideles omnes in sacrosancta altaris mensa eiusdem incarnationis suæ mysteriis esset refecturus: indicavit etiam quia cum cunctos sibi humiliter obsequentes internæ suavitatis soleat gratia recreare, de quibus benè per Prophetam dicitur: *Cognovit vos possessorem suorum, & asinus præsepe Domini sui.* In bove etenim designat populum Iudæorum, qui jugum legis portare, & ejus consueverat verba ruminare: in asino autem exprimit populum gentium, qui fordibus idololatriæ semper manebat immundus. Et quo utroque populo plurimi ad Evangelii gratiam conversi, & possessorem à quo creati sunt, cognoverunt, & celestibus ejus quærebant alimonias ad perpetuam crescere salutem. Quorum primitias ei consecratas accipimus in pastoribus illis merito venerandis, qui natum eum primi Angelo nunciante videre & prædicare meruerunt: & in Magis, qui ad ejus cunabula de Oriente cum muneribus & precibus stella duce venerunt. Hi namque de Iudæis ad Dominum, illi venere de gentilibus.*

Psal. 103

Esa. 1

Luc. 2

Matt. 2



Verum de Magis die sancto Epiphania ipso, ad quem venere, Domino propitiantie plenius audiemus: internum de pastoribus, qui primi ad eum venientes, prioris populi fideles designant, quæ sint gesta, videamus. Sequitur:

Et pastores erant in regione eadem vigilantes, & custodientes vigiliis noctis super gregem suum. Et ecce, Angelus Domini affuit iuxta illos, & claritas Domini circumfulsit illos. Aptè autem satis hoc superna est providentiâ dispositum, ut nascente Domino, pastores in vicinia civitatis vigilarent, suosque greges à timore nocturno vigilando protegerent. Oportebat namque, ut cum magnus pastor ovium, hoc est, animarum nutritor fidelium in mundo natus est, testimonium ejus nativitati vigilantes supra gregem suum pastores darent. Ipse enim est qui ait: *Oves mea vocem meam audiunt, & ego cognosco eas, & sequuntur me, & ego vitam æternam do eis.* Nam & futurum tunc erat, ut per orbem universum electi pastores, id est, prædicatores sancti mitterentur, qui ad ovile dominicum, videlicet sanctam Ecclesiam, populos credentium cogerent: quorum primo, hoc est, beato Petro, cum se Dominum amare profiteretur, idem Dominus ac princeps pastorum ad comprobandum eundem amorem præcepit, dicens: *Pasce oves meas.* Quia nimirum solus ille conditorem perfectè diligit, qui & proximis curam puri amoris impendit.

Et ecce, inquit, Angelus Domini stetit iuxta illos, & claritas Dei circumfulsit illos, & timuerunt timore magno. Quid est, quod apparente Angelo divinæ quoque claritatis eos splendor circumdedit, quod nunquam in tota testamenti veteris serie reperimus, cum tam innumeris vicibus Angeli Prophetis & iustis apparuerint, nunquam eos fulgore divinæ lucis homines circumdedit legimus, nisi quod hoc privilegium rectè hujus temporis dignitati servatum est? Cum enim vera lux mundi nascebatur in mundo, dignum profectò fuit, ut præco nativitatis illius etiam corporales hominum visus novitate celestis perfunderet lucis. Dicit namque de illius nativitate Propheta: *Exortum est in tenebris lumen rectis corde.* Et quasi quereremus quod esset lumen de quo diceret, continuo subdit: *Misericos, & misericors, & iustus Dominus.* Cum ergo misericors & iustus conditor ac redemptor generis humani, mundum gloria novæ nativitatis illustrare dignatus est, decebat omnimodis, ut ipsam etiam, in qua natus est, regionem, claritas lucis novæ completeret. Apparens ergo cum claritate, quid Angelus pastoribus dicat, audiamus.

Nolite timere. Ecce enim evangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo. Verè gaudium magnum, quia gaudium celeste, gaudium æternum, gaudium quod nullâ tristitiâ interveniente turbatur.

Quod erit omni populo. Non omni populo Judæorum, neque omni populo gentium, sed omni populo credentium, qui vel de Judæis, vel de gentibus orbis totius ad unam Christi confessionem aggregatur, ab una eademque mysteriorum Christi perceptione Christianus vocatur, de quo dicit Propheta: *Populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam.*

Quia natus est vobis hodie Salvator, qui est Christus Dominus, in civitate David. Benè dixit, Hodie natus est. Non dixit, Hac nocte: quia videlicet cum luce celesti apparuit, qui diem natum evangelizabat his, qui vigiliis noctis agebant, illum videlicet, de quo Psalmista præcinit dicens: *Benè nuntiavit diem ex die salutare ejus.* Salutare quippe Dei, id est, Dominus Jesus, dies est ex die: quia qui temporaliter in civitate David homo ex virgine matre apparuit, ipse ante omnia tempora non localiter lumen de lumine, Deus verus de Deo vero natus est. Quia ergo habitantibus nobis in regione umbræ mortis lux orta est vita, aptè nuncius ortus ejusdem dicit, *Quia natus est vobis hodie Salvator:* ut hoc quoque verbo admoniti, semper recordemur, quia nox præcessit antiquæ cæcitatatis, dies autem appropinquavit æternæ salutis: & ipsi abjiciamus opera tenebrarum, & ut filii lucis ambulemus. *Fructus enim lucis est sicut idè Apostolus ait: In omni iustitia, & bonitate, & sanctitate.*

Et hoc vobis signum: invenietis infantem pannis involutum, & positum in præsepio. Hoc nobis signum nati in carne Sal-

vatoris semper animo retinere concedet, ut semper ejus beneficiis gratias rependere benè vivendo discamus: quia ta voluit habitum nostræ fragilitatis assumere, ut pauperatis quoque generalis statum non refugeret. Est enim indicium assumptæ infirmitatis, quod infans & pannis involutus est: & pauperatis, quod non in strato, sed in præsepio positus invenitur. *Miseri cordias ergò Domini in æternum cantemus,* quia ut nos perpetuò beatè vivamus, ipse abjectionis ac mortalitatis nostræ socius fieri non abnuvit. Annuntiante autem Angelo uno gaudium dominicæ nativitatis, repente multitudo militiæ cælestis adfuit, quæ eidem nato Domino obsequiis suæ devotionis redderet: & quem in celo semper glorificare consueverat, nunc solitâ hymnorum laude apparente in terra concelebrat. Ubi nos quoque suâ laudatione cæli cives instruant, qualiter hujus sacratissimæ solemnitatis gaudia celebrare, quantas Verbo Dei laudes dicere debeamus, quod in ea caro factum est, & habitavit in nobis, ut nos ad suæ gloriæ visionem sublevarer, nobis participium gratiæ & veritatis, quæ ipsum plenum est, donaret. Laudant ergò Deum, & dicunt:

Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Et aperte gloriam Deo dicunt, pacem prædicant hominibus, quia illum, in cujus nativitate lætantur, vœdiatorem Dei & hominum, hoc est, Deum esse verum & hominem norunt. Gloriam in excelsis Deo cantant, quia jam venisse tempus illud exultant, quod mundus abjectis diis, qui ab hominibus facti sunt, conditorem suum, qui est in cœlis, cognosceret. Pacem optat hominibus, quia quos ejectos prius ab æterna felicitate merito peccati desperaverat, jam nunc redimente Domino in ejusdem supernæ habitationis gaudiis secum futuros intelligunt. Pacem hominibus mandant, quos in cælesti Hierusalem, hoc est, in visione perpetuæ pacis, socios habere desiderant: at ipsos quoque homines admoneant per observantiam pacis ad suum debere pervenire consortium. Et benè cum dicerent: *Et in terra pax hominibus,* adjungunt, *bonæ voluntatis,* quia cum illis societatem pacis angelici spiritus habere festinant, quorum mentibus puritatem bonæ voluntatis inesse considerant, illos secum post absolutionem carnis ad contemplationem veræ pacis subvehere lætantur, quos in carne commorantes omnia quæ agunt aut loquuntur, de radice bonæ voluntatis proferre conspiciunt. Tales namque & infirmitas forè aliquando, vel ignorantia, à perficiendo ea quam cupiunt, bona actione retardat: ante interni tamen arbitri oculos integritas, quam corde tenent, bonæ voluntatis excusat. Bona autem voluntas est diligere conditorem nostrum ex toto corde, tota anima, tota virtute diligere, & proximos tanquam nos ipsos, atque ejusdem dilectionis in nobis vigorem indicium, quibus valeamus, piæ actionis ostendere. Quod cum omnibus horis ac momentis faceere debeamus, quanto magis cum nativitatem Domini ac Salvatoris nostri, vel annuâ festivitate colimus, vel frequentiore devotione recordemur: in qua specialiter angelicâ exhortatione docemur dona ei bonæ voluntatis offerre, in qua cives patriæ cælestis eidem bonæ voluntati nostræ consortium suæ pacis promittunt, in qua ipsi quoque eundem hymnum angelici concentus Deo dicere solemus. Sit igitur nobis, fratres charissimi, communis ista solemnitas, sit terrestribus cum cælestibus nec tantum ista solemnitas, sed & omnis nostra conversatio sit supernorum civium apta consortio. Meditemur interim in via quod habere desideramus in patria, concordemus etiam nos quantum valeamus, vitæ illi mundissimæ beatorum spirituum, cui tunc associari speramus internâ puritate perpetuæ dilectionis: si divinæ laudationis dona, quibus in futuro vacare cupimus, etiam in præsentem seculum, discamus cum Apostolo dicere: *Nostra conversatio in calis est,* undè etiam Salvatorem expectamus Dominum nostrum Jesum Christum. Illi namque Salvatorem ad iudicium venientem cum gaudio expectant, qui se ad ejus voluntatem cælestem in terris vitam egisse meminerunt. Dat autem etiam fragilibus nobis ac minus perfectis magnam spem percipiendæ salutis ipse conditor & Salvator noster, qui pro

Ioan. 10

Ioan. 21

Pf. 111

Ibidem.

Esai. 9

Pf. 95

Rom. 13

Ephes. 5

Pf. 88

Ioan. 1

Deut. 6
Matt. 22
Marc. 12
Luc. 19

Philip. 3



nostra confirmatione fragilis apparet, mox ore consono militiæ celestis bonæ nostræ voluntati dona suæ perpetuæ pacis promittit Iesus Christus Deus & Dominus noster, qui vivit & regnat cum Patre in unitate Spiritus sancti, per omnia secula seculorum, Amen.

IN AURORA NATALIS DOMINI. LUCÆ 2.

In illo tempore pastores loquebantur ad invicem: Transivimus usque Bethleem, & videamus hoc verbum quod factum est, quod fecit Dominus, & ostendit nobis. Et reliqua.

BEDÆ PRESBYTERI DE EADEM LECTIOE.

NATO in Bethlehem Domino Salvatore, sicut sacra Evangelii testatur historia, pastoribus qui in regione eadem erant vigilantes vigilias noctis super gregem suum, angelus Domini magna cum luce apparuit, exortumque mundo solem iustitiæ non solum celestis voce sermonis, verum etiam claritate divinæ lucis alstruxit. Nusquam enim in tota veteris testamenti serie reperimus angelos, qui tam sedulo apparere patribus, cum luce apparuisse: sed hoc privilegium rectè hodierno tempore servatum est, quando exortum est in tenebris lumen rediit corde, misericors & miserator Dominus. Verum ne parva unius angeli videretur autoritas, postquam in his sacramentum novæ nativitatis edocuit, ita in multitudine celestium agminum, quæ gloriam Deo caneret, pacemque simul hominibus prædicaret, adfuit aperte demonstrans, quia per hanc nativitatem homines ad pacem unius Dei, Spei & dilectionis, atque ad gloriam divinam laudationis essent convertendi. Significant autem mysticè pastores isti gregum doctores quosque ac rectores fidelium animarum. Nox cuius vigilias custodiebant super gregem suum, pericula tentationum indicat, à quibus se suoque subiectos omnes qui perfecte vigilant, custodire non desistunt. Et benè nato Domino pastores super gregem vigilant. Ille enim natus est, qui dicit: Ego sum pastor bonus: bonus pastor animam suam dat pro ovibus suis. Sed & tempus imminet, quo idem pastor summè bonus, missis in mundum pastoribus oves suas, quæ longe lateque dispersæ errabant, ad semper virentia celestis vitæ pascua revocaret. Quorum summo pastori præcepit: Si diligis me pascue oves meas. Quod apertius aperiens, ait: Confirma fratres tuos.

Psal. 111

Ioan. 10

Ioan. 21 Luc. 22

Et factum est, ut discernerent ab eis angeli in caelum, pastores loquebantur ad invicem: Transivimus usque Bethleem & videamus hoc verbum quod factum est, quod fecit Dominus, & ostendit nobis. Et venerunt festinantes, & invenerunt Mariam & Ioseph, & infantem pascuum in praesepio. Pastores quidem illi felici gaudio festinarunt videre quod audierant, & quia ardentè amore quaesierunt, continuo Salvatore quem quaesierunt, invenire meruerunt. Sed intellectualium pastores gregum, immò cuncti fideles qua mentis industria Christum quærere debeant, dictis pariter suis ostenderunt, & factis.

Transivimus, inquit, usque Bethleem, & videamus hoc verbum, quod factum est. Transivimus ergo & nos, fratres charissimi, cogitando usque Bethleem civitatem David, atque ejus incarnationem dignis celebremus honoribus. Transivimus abjectis concupiscentiis carnalibus toto mentis desiderio usque Bethleem supernam, id est, domum panis vivi non manufactam, sed æternam in caelis, & recolamus amando, quia verbum caro factum est. Illuc carne ascendit, ibi in dextera Dei patris sedet. Illo eum tota virtutum instantia sequamur, & sollicita cordis & corporis castigatione procuremus, ut quem illi in praesepio videre vagientem, nos in patris folio mereamur videre regnantem.

Ioan. 1

Et videamus, inquit, hoc verbum quod factum est. Quoniam recta & pura fidei sanctæ confessio: In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Hoc verbum natum ex patre, non factum est, quia creatura Deus

non est. In qua nativitate divina videri ab hominibus non potuit, sed ut videri posset, verbum caro factum est, & habitavit in nobis. Videamus ergo, inquit, hoc verbum quod factum est, quia antequam factum esset, hoc videre nequivimus. Quod fecit Dominus & ostendit nobis, quod incarnari fecit Dominus, & per hoc visibile nobis exhibuit.

Et venerunt festinantes, & invenerunt Mariam & Ioseph, & infantem pascuum in praesepio. Venerunt Pastores festinantes, & invenerunt Deum hominem natum, simul & ejusdem nativitatis ministros. Festinemus & nos, fratres mei, non passibus pedum, sed bonorum profectibus operum videre eadem glorificatam humanitatem cum ejusdem ministris digna servitutis suæ mercede remuneratis: festinemus videre illum in divina pariter ac sua maiestate fulgentem. Festinemus, inquam, nam tanta beatitudo non cum desidia, ac torpore quaerenda, sed alacriter sunt Christi sequenda vestigia. Nam ipse cursum nostrum data manu juvare desiderat, delectaturque audire à nobis: Trabe me post te, curramus in odore unguentorum tuorum. Citius ergo virtutis profectibus sequamur, ut mereamur consequi. Nemo tardet converti ad Dominum, nemo differat de die in diem, ipsum semper per omnia & ante omnia precantes, ut gressus nostros dirigat secundum eloquium suum, & non dominetur nostri omni iniustitia.

Can. 1

Eccles. 5

Pf. 108

Videntes autem cognoverunt de verbo quod dictum erat illi de puero hoc. Et nos fratres dilectissimi, quæ dicta sunt nobis de Salvatore nostro Deo vero & homine, interim pia fide percipere, & plena dilectione festinemus amplecti, ut hæc in futuro perfectæ cognitionis visu comprehendere valeamus. Hæc etenim sola & vera est beatorum non solum hominum, sed & angelorum vita, faciem perpetuè sui creatoris, quam desiderabat ardentè Psalmista, qui dicebat: Sitivit anima mea ad Deum vivum, quando veniam & apparebo ante faciem Dei. Cujus solius visionem, non autem ullam terrenarum rerum affluentiam desiderium suum fatiari signavit, dum ait: Satiabor dum manifestabitur gloria tua. Verum quia non otiosi ac desides, sed virtutum operibus infundantes divina contemplatione sunt digni, sollicitè præmisit: Ego autem cum iustitia apparebo in conspectu tuo. Videntes ergo pastores cognoverunt de verbo, quod dictum erat illis de Christo, quia visio Dei cognitio ejus est, & hæc est sola beata hominis vita, ipso dicente ac testante qui nos patri commendans dicit inter alia: Hæc est æterna vita æterna, ut cognoscatis se esse verum & unum Deum, & quem misisti Iesum Christum.

Psal. 41

Psal. 16

Ibidem

Ioan. 17

Et omnes qui audierunt, mirati sunt, & de his quæ dicta erant à pastoribus ad ipsos. Non celavere silentio pastores arcana quæ divinitus agnoverant, sed quibuscumque potuerunt dicebant: quia & spirituales Ecclesiæ pastores in hoc maxime sunt ordinati, ut verbi Dei mysteria prædicent, & mira quæ in Scripturis didicerint, miranda suis auditoribus ostendant. non solum autem Pastores, Episcopi, Presbyteri & Diaconi, vel etiam rectores monasteriorum sunt intelligendi, sed & omnes fideles, qui vel parvula suæ domus custodiam gerunt, pastores rectè vocantur, in quantum eisdem suæ domui sollicita vigilantia præsumunt. Et quicumque vestrum saltem uni aut duobus fratribus quotidiano regimine præest, pastoris ejusdem debet officium implere. Quia in quantum sufficit, pascere hos verbi dapibus jubetur: imò unusquisque fratres, qui etiam privatus vivere creditur, pastoris officium tenet, & spiritalem pascit gregem, vigiliisque noctis custodit super illum, si bonorum actuum cognitionumque mundarum sibi aggregans multitudinem, hæc iusto moderamine gubernare, celestibus Scripturarum pascuis nutrire, & pervigili solertia contra immundorum spirituum insidias servare contendit.

Maria autem conservabat omnia verba hæc, conferens in corde suo. Maria virginalis pudicitia jura custodiens, secreta Christi quæ noverat, nemini divulgare volebat, sed ipsum hæc quando vellet, & quomodo vellet divulgari, reverenter expectabat. Ipsa autem eadem secreta ore tacito, vigili tamen corde sedula scrutabatur. Et hoc est quod ait: Conferens in corde suo. Conferens quippe ea quæ acta videbat, hæc quæ agenda legerat. Videbat namque se de stir-

Esaie 11

Mich. 5

Mat. 1

Esaie 7

Ibid. 1

Luc. 1

Esa. 53

Mich. 4

pe David ortam in Nazareth de Spiritu sancto filium Dei concepit. Legebat in Prophetia: *Exiit virga de radice Jesse, & Nazareus de radice eius descendit, & requiescit super eum Spiritus Domini.* Legebat & *Te Bethleem Ephraim parvulus es in millibus Iuda, ex te mihi egredietur qui sit dominator in Israël, & egr. Iesus eius ab initio à diebus æternitatis.* Videbat se in Bethleem peperisse dominatorem Israël, qui æternus ex Patre Deus ante secula natus est: videbat se virginem concepit, peperisse filium, & vocasse nomen eius Iesum. Legebat in Prophetis: *Ecce virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emanuel.* Legebat: *Bos cognovit possessorem suum, & asinus praesepem Domini sui.* Videbat Dominum possum in praesepi, quod bos & asinus solet nutriendi advenire. Meminerat sibi dictum ab Angelo: *Spiritus sanctus superveniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi.* Ideoque & quod nascitur ex te sanctum, vocabitur filius Dei. Legebat modum nativitatis eius, non nisi Angelo revelante potuisse cognosci, dicente Elaiâ: *Generacionem autem eius quis enarrabit?* Legebat: *Et tu turris gregum nebulosa filia Sion usque ad te venies, & veniet potestas prima regnum filia Hierusalem.* Audiebat angelicas virtutes, quæ sunt filia supernæ civitatis, apparuisse pastoribus in loco, qui à conventu pecorum antiquitus turris gregis vocabatur: & est uno milliario ad Orientem Bethleem, ubi etiam nunc tria pastorum illorum monumenta in Ecclesia monstrantur. Noverat tunc venisse in carne Dominum, cui una & æterna est cum Patre potestas, qui regnum daret Ecclesie filiae scilicet & cœlestis Hierusalem. Conferbat ergo Maria ea, qua scienda legerat cum his, quæ jam facta cognovit: non hæc tamen ore promens, sed clauso servans in corde suo.

Et reversi sunt pastores, glorificantes & laudantes Deum in omnibus qua audierant & viderant, sicut dictum est ad illos. Dicitur & nos, fratres charissimi, à contemplatione Domini eccl. dispensationis, qua nobis piè subvenire dignatus est, ad augendas semper beneficiis eius gratias reverti. Si enim sola adhuc nativitate eius cognovimus, qui sacramentis illius imbuti sumus, in omnibus gloriam eius ac laudem non solum verbo, sed etiam factis prædicare: neque unquam oblivisci quod idem Deus homo natus est, ut nos ad imaginem & similitudinem suæ divinitatis renascendo reficeret: idem baptizatus est aqua, ut ad nostrorum abluacionem scelerum omnium fluentia fecundaret aquarum: idem tentatus in eremo, ut vincendo tentatorem nobis quoque vincendi peritiam virtutemque tribueret: Deo mortuus, ut mortis destrueret imperium: idem surrexit & ascendit in cœlum, ut nobis resurgendi à mortuis, atque in cœlestibus perpetuo regnandi spem exemplumque præberet. Pro quibus linguis reversi ad intuitum piissimæ dispensationis eius, glorificemus & laudemus ipsum Deum ac Dominum nostrum Iesum Christum, qui vivit & regnat cum Patre in unitate Spiritus sancti, per omnia secula seculorum. Amen.

AD SUMMAM MISSAM IN DIE natalis Domini. Joan. 1.

In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Et reliqua.

BEDÆ PRESBYTERI DE EADEM LECTIONE.

1. Tim. 2

QUA temporalem mediatoris Dei & hominum hominis Iesu Christi nativitatem, quæ hodiernâ die facta est, sanctorum verbis Evangelistarum, Matthæi videlicet & Lucæ, manifestam cognovimus, liber etiam de Verbi, id est, divinitatis eius æternitate, in qua Patri manet semper æqualis, B. Joannis Evangelista dicta scripturâ, qui singularis privilegio meruit castitatis, ut cæteris altius divinitatis ipsius caperet simul & partefaceret arcantem. Neque enim frustra in cena supra pectus Domini

Iesu recubuisse perhibetur, sed per hoc typicè docetur quia cœlestis haustum sapientie cæteris excellentiùs de sanctissimo ejusdem pectus fonte potaverit. Unde & meritò in figura quatuor animalium aquilæ volanti comparatur. Cunctis quippe avibus aquila celsius volat, cunctis animalibus clariùs Solis radiis insigere contuevit obtutus. Et cæteri Evangelistæ quasi in terra ambulant cum Domino, qui temporalem ejus generationem pariter & temporalia facta sufficienter exponentes, pauca de divinitate dixerunt: hic autem quasi ad cœlum volat cum Domino, qui perpauca de temporalibus ejus actis edisserens, æternam divinitatis ejus potentiam, per quam omnia facta sunt, sublimiùs mente volando, & limpidiùs speculari cognovit, æ nobis cognoscenda scribendo contra didit. Ergo alii Evangelistæ Christum ex tempore natum describunt, Joannes eundem in principio fuisse testatur, dicens: *In principio erat Verbum.* Alii inter homines eum subitò apparuisse commemorant, ille ipsum apud Deum semper fuisse declarat, dicens: *Et Verbum erat apud Deum.* Alii eum verum hominem, ille verum confirmat esse Deum, dicens: *Et Deus erat Verbum.* Alii hominem eum apud homines temporaliter conversatum, ille Deum apud Deum in principio manentem ostendit, dicens: *Hoc erat in principio apud Deum.* Alii magnalia, quæ in homine gessit, perhibet, ille quod omnem creaturam visibilem & invisibilem per ipsum Deus Pater fecerit, ostendit, dicens: *Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil.* Et mirè beatus Joannes in initio Evangelii sui de divinitate Salvatoris, & fidem rectè credentium sublimiter imbuat, & hæreticorum perfidiam potenter exuperat. Fuere namque hæretici, qui dicerent: Si ergo natus est Christus, erat tempus quando ille non erat, quos primo sermone redarguit, cum ait:

Ezech. 1

Prov. 8

Jacob. 1

In principio erat Verbum. Neque verò ait, In principio cepit esse Verbum, ut videlicet eum ex tempore ortum, sed in exortu temporum existentem, ac per hoc sine ullo temporis initio de Patre natum monstraret, juxta quod ipse loquitur in Proverbiis: *Domus possedit me initio viarum suarum, antequam quicquam faceret à principio, ab æterno ordinatus sum.* Item fuerunt hæretici, qui tres sanctæ Trinitatis personas esse negantes, dicerent: Idem Deus quando vult, Pater est: quando vult, Filius est: quando vult, Spiritus sanctus est, ipse tamen unus est. Quorum destruens errorem, subiungit:

Et Verbum erat apud Deum. Si enim alius apud alium erat, duo sunt profecto Pater & Filius, & non unus. Ipse modò Pater, modò Filius, modò etiam Spiritus sanctus est: quasi mutabilis sit divina substantiæ natura, cum apertissimè Jacobus dicat Apollolus: *Apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis umbratio.* Item fuere quidam pravi dogmatis auctores, qui Christum hominem tantum conficentes, Deum profus esse non crederent: quos consequenter exprimit, cum ait:

Et Deus erat Verbum. Fuere alii qui Deum quidem illum, sed ex tempore incarnationis factum, non autem æternum ante secula natum à Patre putarent. Unde quidam talium dixisse commemoratur: *Non invidio Christo factò Deo, quoniam & ego si velle, possum fieri secundum ipsum.* Et horum nefariâ reselut sententiam Evangelista, cum ait: *Hoc erat in principio apud Deum.* Id est, hoc Verbum, quod Deus est, non ex tempore cepit, sed in principio erat Deus apud Deum. Item fuere veritatis inimici, qui Christum & ante partum virginis fuisse jam non negarent, non tamen natum ex Patre Deum, sed factum à Patre, & idem minorem Patre, quia creaturam crederent. Et etiam hos damnat Evangelicus sermo, qui dicit:

Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Si enim nihil creaturarum sine ipso factum est, patet profecto, quia ipse creatura non est, per quem omnis creatura facta est. Et ne quis audiens factam per Dominum creaturam, mutabilem credere ejus voluntatem, quasi qui subitò vellet facere creaturam, quam ab æterno nunquã antè fecisset: manifestè docet Evangelista, factam quidem in tempore creaturam, sed in æterna creatoris sapientia,

quando

quando & qualis crearetur, semper fuisse dispositum. Et hoc est quod ait:

Quod factum est in ipso vita erat. Id est, quod factum in tempore, live vivum, live vita carens, apparuit, omne hoc in spiritali factoris ratione, quasi semper vixerat, vivit. Non quia coaeternum est creatori quod creavit, sed quia coaeterna est illi ratio voluntatis suae, in qua ab aeterno habuit & habet, quid & quando crearet, qualiter creatum gubernet ut maneat, ad quem finem singula quae creavit, perducatur. Sequitur:

Et vita erat lux hominum. Quo verbo aperte docetur, quod ipsa vitalis ratio, per quam omnia disposita sunt & reguntur, non omnem creaturam, sed rationabilem tantum, ut sapere possit, illuminat. Homines namque, qui ad imaginem Dei facti sunt, percipere sapientiam possunt, animalia non possunt. *Sed & animalia quicunque est homo, non percipit ea quae sunt spiritus Dei.* Unde bene cum dixisset: *Et vita erat lux hominum,* subiunxit: Et de his, qui ab humanae conditionis honore procul recedentes, comparati sunt iumentis insipientibus, & similes facti sunt illis, atque ideo recte veritas lumine privantur.

Et lux, inquit, in tenebris lucet, & tenebra eam non comprehendunt. Lux quippe hominum est Christus, qui omnia quae illuminari merentur, corda hominum suae praesentia cognitionis illustrat; tenebrae autem stulti sunt & iniqui, quorum caeca praecordia lux aeternae sapientiae, qualia sunt, manifeste cognoscit, quamvis ipsos radios eiusdem lucis nequaquam per intelligentiam capere possint: veluti si quilibet cacus jubare solis offundatur, nec tamen ipse solem, cuius lumine perfunditur, aspiciat. Sed non tamen tales omnino superna pietas despexit, verum medelam eius salutis, qua ad vendendam lucem pervenire possent, adhibuit. Ipsa lux invisibilis, ipsa Dei sapientia, carne, in qua videre posset, induta est, quae in hominis habitu apparet, & loquens hominibus, paulatim fide purificata eorum corda ad cognitionem suae divinae visionis proveheret. Missus est ante illum homo magni meriti, cuius testimonio parentur omnes ad audiendam mox, ut appareret, ipsam Dei sapientiam, ad videndum ipsum solem iustitiae, nube jam corporis tectum, id est, ad videndum audiendumque hominem, qui Deus esset, plenam gratiae & veritatis.

Eius, inquit, homo natus à Deo, cui nomen erat Joannes. Hic venit in testimonium, ut testimonium perhiberet de lumine, ut omnes crederent per illum. Non ait, ut omnes in illum; Male dicitur enim homo qui confidit in homine. *Et ponit carnem brachium suum:* sed ut omnes crederent per illum, hoc est, per illum testimonium credendum in lucem, quam necdum videre noverant, Dominum videlicet Jesum Christum, qui de se ipso testatur: *Ego sum lux mundi; qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitae.* Sequitur:

Non erat ille lux, sed ut testimonium perhiberet de lumine. Erat lux vera, quae illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Et sancti quidem homines lux sunt recte vocati, dicente ad eos Domino: *Vos estis lux mundi.* & Apostolo Paulo: *Fuistis aliquando tenebrae, nunc autem lux in Domino.* Sed multum distat inter lucem quae illuminatur, & lucem quae illuminat: inter eos qui participatione verae lucis accipiunt ut luceant, & ipsam lucem perpetuam, quae non solum lucere in se ipsa, sed suam praesentiam quocunque attingit, illustrare sufficit. Ad cuius comparationem verae lucis non tantum minores quilibet electi, verum etiam ipse Joannes, quo major inter natos mulierum non surrexit, lux non esse asseritur, ut videlicet Christus non esse, quod putabatur, monstretur. *Ille enim, ut scriptum est, erat lucerna ardens & lucens.* Ardens scilicet fide & dilectione, lucens verbo & actione. Gratiam verò lucis peccatoribus infundere solus est Jesus, de quo dicitur:

Erat lux vera, quae illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Omnem videlicet, qui illuminatur live naturali ingenio, live sapientia divina. Sicut enim nemo à seipso esse, ita etiam nemo à seipso sapiens esse potest; sed illo illustrante, de quo scriptum est: *Omnis sapientia à Domino Deo est.* Cuius utramque naturam & divinam sci-

licet, qua semper ubique totus manet; & humanam, ex qua in tempore natus loco inclusus apparuit, consequenter describit Evangelista, dicens:

In mundo erat, & mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognovit. In propria venit, & sui eum non receperunt. In mundo quippe erat, & mundus per ipsum factus est, quia Deus erat, quia totus ubique, quia suae praesentia maiestatis sine labore regens, & sine labore continens quod fecit. *Et mundus eum non cognovit, quia lux in tenebris lucet, & tenebra eam non comprehendunt.* Mundum namque dicit hoc loco, homines mundi amore deceptos, atque inhærendo creaturae ab agnoscenda creatoris sui maiestate reflexos. *In propria venit,* quia in mundo, quem per divinitatem fecit, per humanitatem apparuit; in propria venit, quia in gente Iudaea, quam sibi praeter ceteris nationibus speciali gratia copulaverat, incarnari dignatus est. In mundo ergo erat, & in mundum venit, in mundo erat per divinitatem, in mundum venit per incarnationem. Venire quippe vel abire humanitas est, manere divinitatis. Quia ergo cum in mundo esset per divinitatem, mundus eum non cognovit, dignatus est venire in mundum per humanitatem, ut vel sic eum mundus cognosceret; sed videamus quid sequitur:

In propria venit, & sui eum non receperunt. Quem enim in potentia Deitatis cuncta creatent regentem non cognoverunt, ipsum in carnis infirmitate miraculis confitentem recipere noluerunt. Et quod est gravius, sui eum non receperunt, homines scilicet, quos ipse creavit. Iudaei, quos peculiarem sibi elegerat in plebem, quibus suae cognitionis revelaverat arcanum, quos miraculis patrum glorificaverat actis, quibus suae legis doctrinam contulerat, ex quibus se incarnandum promiserat, & in quibus se incarnatum, ut promiserat, ostendit, ipsi eum recipere venientem ex magna parte recusarunt. Neque enim omnes recusarunt, alioquin nullus esset salvus. Nunc autem multi ex utroque populo credendo receperunt, de quibus Evangelista consequenter insinuat, dicens:

Quos quos autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius. Consideremus, fratres charissimi, quanta gratia Redemptoris nostri, quam magna sit multitudo dulcedinis eius. Unicus ex Patre natus est, & noluit remanere unus: descendit ad terram, ubi fratres sibi, quibus regnum Patris sui dare posset, acquireret: Deus ex Deo natus est, & noluit Dei tantum filius manere: hominis quoque filius fieri dignatus est, non amittens quod erat, sed assumens quod non erat, ut per hoc homines in Dei filios transferret, gloriaque suae faceret cohaeredit: ut quod ipse semper habebat per naturam, inciperent habere per gratiam. Consideremus quanta virtus est fidei, cuius mentio potestas datur hominibus filios Dei fieri. Unde bene scriptum est: *Quia Iesus ex fide vivit.* Vivit enim iustus ex fide non illa, quae laborum tantum confessione profertur, sed ea, quae per dilectionem operatur: alioquin *fidei si non habet opera, mortua est in seipsa.* Nullus seipsum despiciat, nullus de salute sua desperet: *Curramus omnes, curramus singuli, ut qui eramus loci, inveniamur fieri proprie in sanguine Christi.* Videamus quod dicitur: *Quia quos quos receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri.* Quos quos, inquit, receperunt, non est enim personarum acceptor Deus, sed in omni gente, qui timet Deum, & operatur iustitiam, acceptus est illi, quo autem ordine credentes filii Dei possent fieri, & quantum haec generatio à carnali distet, subsecutus evangelista designat:

Qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. Carnalis quippe est nostra singulorum generatio ex sanguinibus, id est, ex natura maris & feminae, à complexu conjugii duxit originem: at verò spiritalis Spiritus sancti gratia ministratur, quam Dominus à carnali distinguit, ait: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei.* Quod natum est ex carne, caro est: *quod natum est ex Spiritu, Spiritus est.* Verum ne quis hominum dubitet filium se Dei, & cohaereditem Christi posse fieri, dat exemplum Evangelista, quia & ipse filius Dei homo fieri, & inter homines habitare dignatus est, ut humanae particeps existeret

1. Cor. 2

Psal. 48

Hier. 17

Ioan. 8

Matt. 5

Ephes. 5

Matt. 11

Luc. 7

Ioan. 5

Eccles. 2

Abac. 2. Rom. 10 Galat. 3 Iacob. 2 Ephes. 2

Act. 10

Ioan. 3



do fragilitatis, homines divinæ virtutis suæ donaret esse participes.

Et Verbum caro factum est, & habitavit in nobis. Quod est dicere: Et Filius Dei homo factus est, & inter homines conversatus. Solet namque Scriptura modò animæ, modò carnis vocabulo totum signare hominem. Animæ videlicet, ut scriptum est: *Quia descendit Iacob in Ægyptum in animabus septuaginta.* Carnis verò, ut rursus scriptum est: *Et videtis omnium caro salutare Dei.* Neque enim vel animæ sine corporibus in Ægyptum descendere, vel caro sine anima videre aliquid potest: sed hic per animam totus homo ibi signatur per carnem. Sic ergò hoc loco, quo dicitur: *Et Verbum caro factum est,* nihil aliud debet intelligi, quam si diceretur: Deus homo factus est, carnem videlicet induendo & animam: ut sicut quicquid nostrum unus homo constat ex carne & anima, ita unus ab incarnationis tempore Christus ex divinitate carnis & anima constet: Deus ab æterno in æternum existens verus ut erat, hominem ex tempore assumens in unitatem suæ personæ verum, quem non habuerat. Sequitur.

Et vidimus gloriam ejus, gloriam quasi unigeniti à Patre, plenum gratia & veritate. Gloriam Christi, quam ante incarnationem videre non poterant homines, post incarnationem viderunt, aspicientes humanitatem miraculis resplendentem, & intelligentes divinitatem intus latentem, illi maxime, qui & ejus claritatem ante passionem transfigurati in monte sancto contemplari meruerunt, voce delapsa ad eum hujuscemodi à magnifica gloria: *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacuit:* & post passionem resurrectionis passionisque ipsius gloriâ conspectâ, spiritus ejus sunt domo mirifice refoedi: quibus omnibus manifestè cognoverunt, quòd hujuscemodi gloria non cuilibet Sanctorum, sed illi solum homini, qui esset in divinitate unigenitus à Patre, conveniret. Quod autem sequitur:

Plenum gratia & veritate. Gratiâ plenus idem erat homo Christus Jesus, cui singulari munere præ cæteris mortalibus datum est, ut statim ex quo in utero virginis concipi, & homo fieri inciperet, verus esset & Deus. Unde & eadem gloriosa semper virgo Maria non solum hominis Christi; sed & Dei genitrix rectè credenda & confitenda est. Idem veritas & plenus erat, & est ipsa videlicet Verbi divinitate, quæ hominem illum singulariter electum cum quo una Christi persona esset, assumere dignata est, non aliquid suæ divinæ substantiæ, ut hæretici volunt, in faciendam hominis naturam commutans: sed ipsa apud Patrem manens, totum quod erat, totam de femine David naturam veri hominis, quam non habebat, suscipiens. Unde oportet, fratres charissimi, ut qui humanam Redemptoris nostri divinitatem hodie annuâ devotione recolimus, & divinam pariter & humanam ejus naturam non annuo, sed continuo semper amplectamur amore. Divinam, per quam creati sumus, cum non essemus: humanam, per quam recreati sumus, cum perdit essemus. Et quidem divina conditoris nostri virtus, sine assumptione humanitatis nos recreare erat idonea: humana autem ejusdem Redemptoris nostri infirmitas, sine assumente se, & inhabitante in se, & operante per se divinitate nos recreare nequivit. Atque ideo *Verbum caro factum est,* id est, Deus homo factus est, & habitavit in nobis, ut per cognitum nobis hominis habitum nobis conversando congruere, nos alloquendo inltruere, nobis vivendi viam præbere, pro nobis contra hostem configere, nostram mortem moriendo ac resurgendo posset destruire: per coeternam verò Patri divinitatem nos interius vivificando ad divina sustolleret, remissionem nobis peccatorum pariter, ac Spiritus sancti dona concederet, & post bonorum perfectionem operum non solum nos ad videndam gloriam clarificatæ suæ perduceret humanitatis, sed & incommutabilem nobis essentiam suæ divinæ majestatis ostenderet, in qua vivit & regnat cum Patre in unitate Spiritus sancti per omnia secula seculorum. Amen.

Gm. 46
Luc. 3

Matt. 27
& 3.
Marc. 9
Luc. 9
Joan. 1

IN NATALI S. STEPHANI PROTO-
martyris. Luc. 13. Matth. 23.

In illo tempore dicebat Iesus turbis Iudeorum & principibus sacerdotum: Ecce ego mitto ad vos Prophetas & sapientes. Hierusalem, Hierusalem, quæ occidis Prophetas, & lapidas eos qui missuntur ad te. Et reliqua.

BEDÆ PRESBYTERI DE
EADDEM LECTIÖNE.

HIERUSALEM non saxa & ædificia civitatis, sed habitatores vocat, quam patris plangit affectu: sicut & in alio loco legimus, quòd videns eam fleverit. In eo autem quod dicit: *Quoties volui congregare filios tuos, omnes retrò Prophetas à se missos esse testatur.* Avis quoque bimilitudinem congregantis sub pinnis nidum suum, in cantico Deuteronomii legimus: *Sicut aquila protgere nidum suum, & super pullos suos desiderabit expandens alas suas, suscipiet eos, & sulis super pinnas suas.* Et pulchrè qui Herodem de sua nece tractantem vulpem vocarat, seipsum avi comparat. Fraudulenta enim vulpes semper invidias avibus tendere non cessat.

Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta. Ipsam civitatem, quam nidum suum vocaverat, nunc domum Iudeorum appellat: quæ non immeritò Domini auxilio nudata, suæ ditioni relinquitur: quia non solum avis illius omnipotentis, quam Mattheus gallinam nuncupat, alis protegi despexit; sed & eandem avem se protegere volentem, vulpibus devorandam, id est, Herodi & Pilato crucifigendum tradidit Christum. Nec mora, vulpium earundem, hoc est, regum terræ & ipsa rapinæ donatur. Occiso enim Domino venerunt Romani, & quasi nidum vacuum diripientes, tulerunt eorum locum, gentem & regnum.

Disco autem vobis quia non videbitis me donec veniat cum discitis: Benedictus qui venit in nomine Domini. Hæc quidem turbæ dixerunt Domino veniente ad Hierusalem: sed quia Lucas non dicit, quòd hinc abscesserit Dominus, et non veniret nisi eo tempore, quo jam illud diceretur (perseverat quippe in itinere suo donec veniat Hierusalem) cogit profectò hoc mysticè intelligi, hoc est, de illo ejus adventu, quo in claritate venturus est, maxime cum Mattheus hæc Dominum post decantatas ei à turbæ laudes dixisse testetur. Aliter quod dicit: hoc est, Nisi poenitentiam egeritis, & confessi fueritis ipsum esse me, de quo Prophetæ cecinerunt, Filium omnipotentis Patris, meam faciem non videbitis. Habent Judæi datum sibi tempus poenitentiae, confiteantur benedictum qui venit in nomine Domini, & Christi ora conspicient.

IN DIE DIVI JOANNIS APOSTOLI
& Evangelistæ. Joan. ult.

In illo tempore dixit Iesus Petro: Sequere me. Conversus Petrus, vidit illum discipulum, quem diligebat Iesus, sequentem, qui & recubuit in cæna super pectus ejus, & dixit: Domine, quis est, qui tradet te? Et reliqua.

BEDÆ PRESBYTERI DE
EADDEM LECTIÖNE.

LECTIO sancti Evangelii, quæ nobis lecta est, fratres mei, tantò majori à nobis intentione debet per singula verba pensari, quantò magnâ gratiæ supernæ dulcedine tota redundat. Commendat enim nobis beatissimus Evangelista & Apostolus Joannes privilegium amoris præcipui, quo cæteris amplius meruit honorari à Domino: commendat testimonium Evangelicæ descriptionis, quod veritate divinâ subnixum nullus fidelium dubitare permittitur: commendat placidam suæ carnis abolitionem, quam Domino specialiter se visitante percepit. Sed ut perfectæ lectionis hujus principia considerare valeamus,

mus,

IOAN. 21

mus,libet superiora parumper attendere. Apparuit Dominus post resurrectionem discipulis septem, inter quos erat Petrus & Joannes, quibus frustra in piscando totā nocte laborantibus, & stans in litore copiosa rete eorum piscium multitudine implevit, moxque egressos ad terram invitavit ad prandium, & inter prandendum tertio Petrum an se amaret, interrogavit: ac tertio amorem confitenti, quia ter eum negaverat, ei tertio pascendas suas oves commisit: ac deinde quia per eandem ovium, i. animarum fidelium curā pastoralī usque ad martyrium crucis esset perventurus, intinnavit dicens: *Amen amen dico tibi, cum esses junior, cingebas te, & ambulabas ubi volebas: cum autem senueris, extendes manus tuas, & alius te cinget, & ducet quod non vis.* In manuum namque extensione designavit, quod per mortem crucis martyrio coronandus: in ductu quod non vellet, quod tormenta passionis contra voluntatem esset passurus humanā fragilitatis. Sed ne gravis forte videretur Petro prædicta à Domino passio crucis, hanc suo confestim lenire curavit exemplo, ut cruciatum martyrii eodē lenius ferret, quod se meminisset similem suo Redemptori mortis excipere sententiam. Postquam enim significavit ei, quā morte clarificaturus esset Deum, protinus adjungit, quod in hujus capite lectionis audivimus.

Et dicit ei: Sequere me. Ac si aperte dicat: Quia ipse prius pro tua redemptione crucis supplicium subire non timui, cur tu pro mei confessione nominis crucem pati formides? Qui eodē gloriose martyrii palmā clarificaberis, quod in hac promerenda magistri iter sequeris. Jam vero ab Evangelista non subditur, quid hoc dicto Dominus & discipuli fecerint: sed ex eo tamen innuitur, quod subiungit: *Conversus Petrus vidit illum discipulum, quem diligebat Iesus, sequentem.* Patet namque, quia cum dixisset Petro, *Sequere me*, id est, crucem patiendo imitare, surrexit de loco convivii, & abire cepit. Secutus est autem eum Petrus etiam incessu pedum, cupiens implere quod audivit: *Sequere me. Secutus est & ille discipulus, quem diligebat Iesus.* Neque enim arcendum se à confectatu Christi putabat, qui non minori se gratiā dilectionis à Christo complexum noverat. Neque incredibile est idē utrumque discipulum corporali gressu vestigia Domini secutum, quia necdum intellexerat quid significaverit in eo, quod Petrum se sequi præcepit. Notum autem novi vestrae fraternitati, qui sit ille discipulus, quem diligebat Iesus: Ioannes videlicet ipse, ejus hodie natalitia festa celebramus, qui hoc scripsit Evangelium, atque idē suam personam maluit iudicis rerum accidentium, quā proprio designare vocabulo. Diligebat autem eum Iesus non exceptis cæteris singulariter solum, sed præ cæteris quos diligebat, familiarius unum, quem specialis prærogativa callitatis dilectione fecerat dignum. Omnes quippe se diligere probat, quibus ante passionem loquitur: *Sicut dilexit me Pater, & ego dilexi vos. Manete in dilectione mea.* Sed hunc præ omnibus diligit, qui virgo electus ab ipso, virgo in ævum permansit. Tradunt namque historia, quod eum de nuptiis volentem nubere, vocaverit: & propterea quæ à carnali voluptate retraxerit, potiore sui amoris dulcedine donavit. Denique huic morturus in cruce matrem suam commendavit, ut virginem virgo servaret, & ipso post mortem ac resurrectionem cælos ascendente, non deesset ejus genitrici filius, cujus casta vita castis tueretur obsequiis. Ponit & aliud suæ personæ B. Joannes indicium, subiungens: *Qui & recubuit in cena super pectus ejus, & dixit: Domine quis est qui tradet te?* Hoc quomodo gestum sit, superiora hujus Evangelii loca plenius ostendunt: quia videlicet in cena, quam ultimam ante passionem cum discipulis Salvatoris habuit, in qua eorum pedes lavit, eisque corporis ac sanguinis sui tradidit mysteria celebranda, discipulus ille quem diligebat, supra pectus ejus recubuit. Et cum dixisset eis: *Amen amen dico vobis, quia unus ex vobis tradet me,* respondit ille discipulus, innuente Petro, ut interrogaret & diceret ei: *Domine quis est?* ait Dominus: *Ille est, cui ego intinnavi pa-*

IOAN. 15

uam porrexero. Quod autem discipulus ille supra pectus magistri recubuit, non præsentis solummodo dilectionis, sed etiam futuri erat signum mysterii. Figurabatur etenim jam tunc Evangelium, quod idem discipulus erat scripturus, uberius atque altius cæteris sacre Scripturæ paginis arcana divinæ majestatis esse comprehenditur. *Quia enim in pectore Iesu sunt omnes thesauri sapientia & scientia absconditi,* merito supra pectus ejus recubuit, quem majore cæteris sapientiæ & scientiæ singularis munere donat. Cæteros quippe Evangelistas novimus plura de miraculis nostri Salvatoris, pauciora de divinitate locutos: Joannes autem perpaucā de humanis scribens actibus, potius se exponendis divinæ naturæ indidit arcanis, paucius in sinuans quanta de pectore Iesu fluentia doctrinæ celestis, quæ nobis rueret, hauserit. Sequitur:

Hunc ergo cum vidisset Petrus, dicit Iesu: Domine hic autem quid? Quia se beatus Petrus audierat per passionem crucis clarificaturum esse Deum, voluit etiam de fratre & discipulo cognoscere, quia esse ipse morte perpetuam transiit ad vitam.

Dicit ei Iesus: Sic enim volo manere, donec veniam, quid ad te? Tu me sequere. Non, inquit, eum per passionem martyrii volo consummari, sed abique violentia persecutoris diem expectare novissimum, quando ipse veniens eum in eternæ beatitudinis mansionem recipiam. Et quid hoc ad te? Tu tantum crucis patibulum subeundo mea te vestigia sequi debere memento. Et quidem hanc Domini repositionem fratres tunc temporis ita tractabant, quāsi Joannes nunquam esset moriturus. Quod non ita esse intelligendum ipse Joannes admonere curavi, qui cum præmiserat exisse sermonem istum inter fratres, quia discipulus ille non moriturus, solenter adiecit atque ait: *Et non dixit ei Iesus, quia non moriturus, sed sic enim volo manere donec veniam, quid ad te?* Non ergo putandum, quia discipulus ille non sit moriturus in carne, quia nec Dominus hoc de illo futurum prædixit, & Psalmista ait: *Quis est homo qui vivit, & non videbit mortem?* Ica potius intelligendum, quod cæteris Christi discipulis per passionem consummatis ipse in pace Ecclesiæ adventum vocationis expectaverit. Et hoc est quod ait Dominus: *Sic enim volo manere donec veniam, non quia & ipse multos antea labores pro Domino, pressuralque malorum toleraverit, sed quia ultimū in pace finem finierit, utpote Ecclesiæ Christi per Africam, quam regebat, jam longè latèque fundatis. Nam & in Actibus Apostolorum cum cæteris Apostolis flagellatus invenitur, quando ibant gaudentes à conspectu concilii, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati.* Et à Domitiano Cæsare in ferventis olei dolium missus, in Ecclesiastica narratur historia, ex quo tamen divinā se propterea gratiā tam in tactus exierit, quā fuerat à corruptione concupiscentiæ carnalis extraneus. Nec multo post ab eodem principe propter insuperabile evangelizandi constantiam in Patmos insulam exilio relegatur, ubi humano licet de stirpitu solatio, divinæ tamen visionis & allocutionis meruit crebrā consolatione revelari: denique ibidem Apocalypsim, quam ei Dominus de statu Ecclesiæ præsentis vel futuro revelavit, manu suā conscribit. Unde constat promissionem sic manendi donec veniret Dominus, non eodē pertinere, quod sine labore certaminis victurus in mundo, sed illō potius, quod sine dolore passionis transiiturus esset è mundo. Sicut enim in Patrum literis invenimus, cum longo confectus senio sciret imminere diem recessus sui, convocatis discipulis suis post monita exhortationum ac Missarum celebrationem, ultimum eis valefecit: deinde descendens in desolatum sepulchrum suę locum, factā oratione appositus est ad patres suos, tam liber à dolore mortis, quā à corruptione carnis invenitur alienus. Atque ita completa est veridica Salvatoris sententia, quia sic eum voluit manere, donec ipse veniret. Possimus autem mysticè in his, quæ Petro & Jonnā à Domino prædicta, atque in eis sunt gesta, duas Ecclesiæ vitas, quibus in præsentī exercetur, A. Vivam scilicet & Contemplativam, designatas accipere. quarū activam communis populo Dei via vivendi est. Ad contemplativam verò parpa-

Coloss. 2

Psal. 88

Act. 5

ci, &

ci, & in hoc sublimiores quique post resurrectionem p̄a
 actionis ascendunt. Activa quipp̄ vita est studium
 Christi famulum iustis insilire laboribus, & prius quidē
 seipsum ab hoc seculo immaculatum custodire, mentem,
 manum, linguam, ac membra corporis cetera ab omni
 inquinamento culp̄e tentantis conciuere, ac diuinis per-
 petuo subjugare seruitiis. Deinde etiam proximi necessi-
 tatibus iuxta vires occurrere, esurienti cibum, potum
 bibenti, algenti vestitum ministrando, egenos vagosque in
 domum recipiendo, infirmum visitando, mortuum sepe-
 liendo, eripiendo inopem de manu fortioris ejus, egenum
 & pauperem a rapientibus eum: sed & erranti viam veri-
 tatis ostendendo, ac ceteris se mancipando fraternæ di-
 lectionis obsequiis, in super & usque ad mortem pro iusti-
 tia certando. Contemplativa autē vita est, cum lōgo quis
 bonæ actionis exercitio edoctus, diuini orationis dul-
 cedine instructus, crebrā lachrymarum compunctione af-
 fectus, a cunctis mundi negotiis vacare, & in sola di-
 lectione oculum mentis intendere didicerit, gaudium que
 perpetuē beatitudinis, quod in futuro percepturus est, vi-
 ta etiam in p̄senti ceperit ardentem desiderando p̄a-
 gustare, & aliquando etiam in quantum mortalibus fas
 est, in excessu mentis speculando sublimiter evolare. Hęc
 autem vita diuinæ speculationis illos maximē recipit, qui
 post longa monastica rudimenta virtutis secreti ab ho-
 minibus degere nōrunt, eō liberiores ad cœlestia medi-
 tanda animū habentes, quōd à terrenis separantur tumul-
 tibus, Namque actiua non solis in cenobio monachis, sed
 & cuncto, ut diximus, populo Dei generaliter ingredienda
 proponitur. Et quidem utrunque Apollolum, & Pet-
 rum videlicet & Joannem, quamvis inter homines positum,
 pro excellentis culmine gratiæ constet in utraque
 vita fuisse perfectum: attamen una vita per Petrum, alia
 designatur per Joannem. In eo etenim, quod ait Petro
 Dominus: *Extendens manus tuas, & alius te cinget, & ducet quōd
 non vis, perfectionem exprimit actiua conversationis, qua
 tentationum soler igne probat. Undē alibi de ea dicit
 apertius: Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam.
 Cui rectē subiungit, dicens, Sequere me: quia nimirum
 iuxta ejusdem Petri vocem, Christum passus est pro nobis, relin-
 quens nobis exemplum, ut sequamur vestigia ejus. Quod autem
 dicit de Joanne: Sic eum volo manere donec venio, itatū con-
 templativæ virtutis inuocat, quæ non per mortem finienda
 ut actiua, sed per mortē est perfectius Domino venien-
 te complectenda. Actiua namque labor cum morte defi-
 cit, mercedem post mortem accepturus æternam. Quis e-
 nim in illa vita panē eiuenti dat, ubi nemo elicit? Quis
 aquam bibenti, ubi nemo sitit? Quis mortuum sepelit, ubi
 terra viventium est? Quis cetera opera misericordiæ exer-
 cet, ubi nullus miser invenitur? Actionis ergō ibi labor
 nullus, sed solus præteritæ actionis perpetuus remanet
 fructus. Speculativa autem felicitas, quæ hic inchoatur,
 illic sine fine perficitur, quando & supernam civium, &
 ipsius Domini p̄sencia non per speculum & in enigmate sicut
 nunc, sed facie ad faciem videbitur. Undē rectē de ea sub ty-
 po discipuli quem dirigebat, quemque supra pectus suam
 fecit discumbere, dicit Dominus: *Sic eum volo manere donec
 venio.* Ac si aperte dicat: Nolo guttum speculativæ suavi-
 tatis, quam maximē in Sanctis meis diligo, sperantibus in
 protectione alarū mearum, inebriatis ab ubertate doniū
 meæ, sicut laboriozæ usum actionis lethi conditione fini-
 ri, sed post mortem sublimius me apparente, atq; in meæ
 conspectum maiestatis illos perducere perfici. Sequitur:
*Hic est discipulus ille, qui est testimonium perhibet de his, & scripsit
 hæc. Et scimus quia verum est testimonium ejus.* Jam mani-
 festē beatus Joannes suam personam designat ex officio,
 quam designare vitat ex vocabulo. Non autem præter-
 eunte intuendum, quod dicitur: *Qui testimonium perhibet
 de his, & scripsit hæc.* Perhibuit quipp̄ testimonium verbo
 Dei prædicando, perhibuit scribendo, perhibuit deniq; e-
 eadem quæ scripserat docendo: perhibet etiam nunc Ev-
 angelium, quod descripsit Ecclesiis legendum, panden-
 do. Siquidem à tempore Dominicæ Passionis, Resurre-
 ctionis, & Ascensionis in cœlum usque ad ultima Domi-*

Mat. 25

Pf. 34

I. Pet. 2

I. Cor. 13

tiani principis tempora, per annos circiter sexaginta
 quinque, absque ullo scribendi adminiculo verbum Dei
 prædicabat. At ubi à Domitiano, qui secundus post Ne-
 ronem Christianorum persecutor extitit, in exilium mis-
 sus est, irrumpentes in Ecclesiam hæretici, quasi in deli-
 tuta pastore ovilia lupi Marcion, & Cerinthus, & Hebion,
 ceterique Antichristi, qui Christum fuisse ante Mariam
 negabant, simplicitatem fidei Evangelicæ perverſa ma-
 culavere doctrinā. Sed dum ipse post occisionem Domi-
 tiani permittente pio principe Nervā rediret Ephe-
 sum, compulsus est omnibus penē tunc Asiæ Episcopis, &
 multarum Ecclesiarum legationibus de coæterna Patri
 divinitate Christi altiùs facere sermonem, eō quōd in
 trium Evangelistarum scriptis, Matthei videlicet, Marci
 & Lucæ de humanitate ejus, ac de his, quæ per hominem
 gessit, sufficiens sibi viderentur, habere testimonium.
 Quod ille se non aliter facturum respondit, nisi indicto je-
 junio in commune Dominum precarentur, ut ille digna
 scribere posset. Et hoc patrato, instructus revelatione, ac
 sancti Spiritus gratiā inebriatus omnes hæreticorum te-
 nebras patefactas subito veritatis luce dispulit. In princi-
 pio, inquit, erat Verbum, & Verbum erat apud Deum,
 & Deus erat Verbum. Similemque initiis totum sui ser-
 monis circum faciens, Dominum nostrum Jesum Chri-
 stum licet verum hominem, verē ex homine temporaliter
 factum, ita etiam verum Deum, verē ex Deo Patre
 æternaliter natum, verē cum Deo Patre & cum Spiritu
 sancto semper existentem clariſsimā assertionem perdo-
 cuit, immō omnia divina verita is & veræ divinitatis,
 quantum alteri mortalium nulli licuit, arcana reſeravit.
 Et hoc virgini privilegium rectē servabatur, ut ad ſctu-
 tanda verbi incorruptibiles sacramenta incorrupto non
 solum corde, sed & corpore proderet. De cuius dictorum
 veritate quā sit nemini ambigendum, ipse quoque cur-
 ravit ostendere, qui cum dixisset: *Hic est discipulus qui testi-
 monium perhibet de his, & scripsit hæc,* continuo subiicit, &
 ait: *Et scimus quia verum est testimonium ejus.* Quia ergō &
 nos cum ceteris fidelibus scimus verum esse testimonium
 ejus, curemus per omnia rectā fide intelligendo, rectā
 operatione exercendo quæ docuit, ad dona sempiterna
 quæ promittit, pervenire, per Dominum nostrum Jesum,
 Christum, qui vivit & regnat cum Patre in unitate Spiri-
 tūs sancti per omnia secula seculorum. Amen.

IN NATALI SANCTORUM INNO-
 centium Martyrum, Matth. 2.

*In illo tempore, Angelus Domini apparuit in somnis Joseph,
 dicens: Surge, & accipe puerum, & matrem ejus, & fuges in
 Egyptum, & esto ibi usque dum dicam tibi.* Et reliqua

BEDÆ PRESBYTERI DE
 EADEM LECTIOE.

DE morte pretiosa Martyrum Christi Innocentium
 sacra nobis est, fratres charissimi, evangelii lectio
 recitata, in qua tamen omnium Christi Martyrum pre-
 tiosa mors est designata. Quōd enim parvuli occisi sunt,
 significat per humilitatis meritum ad martyrii perve-
 niendam gloriam, & quia nisi conversus fueris, & effus-
 us parvulus, non possis animam dare pro Christo. Quōd in
 Bethleem & in omnibus finibus ejus occisi sunt, ostendit
 non solum in Judæa, undē ecclesiæ cepit origo; sed & in
 omnibus ejusdem ecclesiæ finibus quacunque per orbem
 diffusa est, persecutionem savorum perfidorum, & piorū
 patientiam esse coronandam. Qui à bimatu occisi sunt,
 doctrinā & operatione perfectos indicant: qui verō in frā,
 simplices vel idiotas, fidei tamen non sētā constantiā,
 fortes æquē denunciant. Quōd illi quidem occisi sunt, sed
 Christus, qui quærebatur, vivens evasit, insinuat corpora
 quidem ab impiis posse periri, sed Christum, pro quo per-
 secutio tota sævi, nullatenus eis vel viventibus, vel occi-
 sis posse auferri, sed eos veraciter contestari, quia sive vivi-
 mus, Domino vivimus: sive morimur, Domino morimur. Sive e-
 nim vivimus sive morimur, Domini sumus. Quōd iuxta vati-

Mat. 18

Rom. 14

Hier. 31

cinium Hieremiæ, *Vox in ramâ*, i. in excello, *audita est ploratus & ululatus*, manifestè denunciat luctum sanctæ ecclesiæ, quæ de injusta membrorum suorum nece gemit, non ut holles garrunt in vacuum cedere, sed usque ad

Galat. 4

folium ascendere superni iudicis: & sicut protomartyris Abel, ita etiam sanguinem cæterorum Martyrum de terra clamare ad Dominum, iuxta illud viri Sapientis: *Non*

Eccl. 35

d. spicies preces pupilli, nec viduam, si effundat loquelam gemitus. Nonne lacryma vidua ad maxillam descendens, & exclamatio eius super deducentem eas? A maxilla enim descendens usque ad caelum, & Dominus exauditor non deleabitur in illis. Quod Rachel plorasse dicitur filios suos, nec voluisse consolari, quia non sunt: significat Ecclesiam plorare quod sancto- rum de hoc seculo ablationem, sed nõ ita velle consolari ut qui seculum morte vicerunt, rursus ad seculi certamina secum toleranda redeant: quia nimirum non sunt ultra revocandi in mundum, de cuius ærumnis semel evaserunt coronandi ad Christum: Rachel namque, quæ ovis aut videns Deum dicitur, ecclesiam figuratè demonstrat, cuius tota intentio, ut videre Deum mereatur, invigilat. Et ipsa est ovis centesima, quam pastor bonus relictis in celo nonaginta novem ovibus angelicarum virtutum, abiit quæ- rere in terra, inventamque suis humeris imposuit, & sic reportavit ad gregem. Quæritur autem iuxta literã, quomodo Rachel plorasse dicitur filios suos, cum tribus Juda, quæ Bethleem tenebat, non de Rachel, sed de sorore eius Lia fuerat orta. Ubi tamen facit is patet responso, quia non tantum in Bethleem, verum etiam in omnibus finibus eius pueri sunt omnes trucidati, Tribus autem Benjamin, quæ de Rachel orta est, proxima fuit tribui Juda. Undè meritò credi debet, quod plaga crudelissimè necis non paucos etiam Benjaminæ stirpis pueros involverit, quos progenies Rachel elata in excelsum voce ploravit. Potest & aliter intelligi, quia Rachel iuxta Bethleem sepulta est, sicut titulus monumenti eius usq; hodie testatur, ad occidentem civitatis ultra viam, quæ ducit

Luc. 15

Hebron: quod ea quæ in loco eodem agebantur, ipsa e- gisse prophæto locutionis modo rectè dicatur, cuius corpore & nomine ovis ipse fuerat insignis. Quod Do- minus ipse ne occideretur ab Herode, sublatus est à pæ- rentibus in Ægyptum, significat electos sapiens malorum improbitate suis effugandos sedibus, vel etiam exilio da- mnandos. Ubi simul exemplum datur fidelibus, ne dubi- tent rabiem persecutorum, tibi opportunum fuerit de- clinare fugiendo, cum hoc Deum ac Dominum suum fecisse meminerint. Siquidem ipse, qui erat suis præceptu- rus: *Cum vos persecuti fuerint in civitate ista fugite in aliam.* prius fecit quod præcepit fugiendo hominem, qual ho- mo in terra, quem magis paulò antè monstravit stella de celo. Quod occisus pro Domino pueris Herodes non longè post obiit, & Joseph potente Angelo Dominum cum matre ad terram Israël reddidit, significat omnes persecu- tiones, quæ contra Ecclesiam erant movendæ, ipsorum persecutorum morte vindicandas, eisdemque multatis persecutoribus pacem Ecclesiæ denuò reddendã, & san- ctos qui latuerant, ad sua loca fuisse reverturos. Herodes quoque in diabolo tremuit, & avertit sibi iniquitatis suæ regnum in his, qui ad Christum transeunt, ingemiscit. Undè si parvulus interficiat, Jesum sibi videtur occidere. Quod utique sine cessatione molitur, dum primordis re- natorum Spiritum sanctum eripere, & quandam teneræ fidei infantiam tentat extinguere. Possumus quoque o- dium Herodis, quo perdere Jesum voluit, super persecu- tionibus, quæ Apostolorum sunt temporibus factæ, in Ju- dæa specialiter accipere, quando invalescente invidiâ prædicatores verbi sunt penè omnes expulsi de provin- cia, & in gentibus prædicaturi sunt longè latèque dispersi. Sicque factum est, ut gentilitas, quæ per Ægyptum figu- ratur, peccatis ante tenebrõsa lumen verbi perciperet. Hoc est enim puerum Jesum & matrem ejus per Joseph in Ægyptum transferri, fidem scilicet dominicæ incarnatio- nis, & Ecclesiæ societatem per doctores sanctos gentibus committi. Quod erant in Ægypto usque ad obitum He- rodis, indicat figuratè fidem Christi in gentibus mantu-

Gen. 35

ram, donec plenitudo gentium introeat, & sic omnis Is- rael salvus fiat. Obitus quippè Herodis terminum inten- tionis malitiõsæ, quæ nunc contra Ecclesiam Judæ favit, insinuat. Occisio parvulorum, mortem humilium spiritu, quos fugato à se Christo Judæi peremere, designat. Quod autem defuncto Herode rediit ad terram Israël, finem se- culli denunciat, quando Enoch & Helia prædicantibus Judæi sopita modernæ invidiæ flammã, fidem veritatis accipiunt. Et benè cum Judæam deserit, fugere, & hoc in nocte dicitur: cum verò revertitur in illam, non solum fu- gæ, sed & noctis fit mentio: quia nimirum quos ob pec- catorum tenebras olim persecutores reliquit, ipsos ob lu- cem fidei tandem se quærentes revertit. Quod damnato li- cèt: Herode Joseph timore Archelai filii ejus in Judæã, ubi metropolim habebit, ire formidans, monente Angelo in Nazareth Galilææ secedit, ultima præsentis Ecclesiæ tempora designat, quando pro ea, quæ nunc est, universali gentis illius cæcitate, quæ Christianos, in quantum valer, persequi non debilit, acrior in quibusdam Antichristi per- secutio confurget. Et quidem plurimis ad prædicationem Enoch & Helia à perfidia conversis, sed cæteris ad instin- ctum Antichristi tota intentione contra fidem dimican- tibus. Pars igitur Judææ, in qua regnabat Archelaus, per- fidos Antichristi sequaces ostendit. Porrò Nazareth Galilææ, quod Dominus transierat, partem gentis ejusdem, quæ tunc temporis fidem Christi est susceptura, designat. Undè benè Galilæa perpetrata transmigratione, Nazareth flos aut virgultium ejus interpretatur: quia nimirum S. Ec- clesia quod ardentiori desiderio ab his, quæ in terra vider, ad cælestia promerenda transmigrat, eò majore spiritua- lium abundantia flore atque germine virtutum. Undè oportet, fratres charissimi, quia primitias Martyrum hodiernã festivitate veneramur, de æterna, quæ in caelis est, Marty- rum festivitate sedulo cogitemus, eorumque vestigia in quantum possumus sequendo, & ipsi ejusdem festivitatis supernæ participes exillere curemus. testat: Apolloto: *Quia si socij passionum fuerint in similibus & consolationum erimus.*

Matt. 10

Nec tam de morte eorum lugeamus, quàm de justã pal- mæ perceptione lætemur. Siquidem singulos eorum cum per tormenta pellerentur, ex hac vita Rachel gemebun- da, id est, S. Ecclesia quæ gemit, luctu lacrymique profusa est: sed jam hinc expulsa superna Hierusalem, quæ est mater omnium nostrum, mox in aliam vitam obviis lætitiæ ministris excepit, atque in gaudium Domini sui perpetuò coronandos introduxit. Undè dicit Joannes: *Stabant ante thronum, & in conspectu agni amicti stolis albis, & palma in manibus eorum.* Stant enim modò ante thronum Dei coronati, qui quondam ante thronos iudicum terre norum jacebant penis attriti. Stant in conspectu agni nullâ ratione illic à contempnenda ejus gloria separandi, à cuius hic amore nec supplicio poterant reparari. Stolis fulgent albis, & palmas in manibus habent: quia præmia in operibus habent, dum corpora, quæ pro Domino igni- bus & bestiis dilacerata, flagris absumi, per precipitia dis- solvi, unguis abradi, omnimodò penarum genere passi sunt dissipari, per resurrectionem glorificata recipiunt. Et clamabant, inquit, voce magna dicens: *Salus Deo in stro, qui sedet super thronum & agno.* Magnâ voce salutè Deo decan- rant, qui magnâ gratiarum actione recolunt, non suã le virtute, sed ipso auxiliante tribulationum impugnantium superasse certamina. Dicit iterum eorum & præteritos agones & coronas describens perperuas: *Hi sunt qui vene- runt de tribulatione magna, & laverunt stolas suas, & de allave- runt eas in sanguine agni.* Stolas quippè Martyres in sanguine agni laverunt, dum membra sua, quæ oculis insipientium visa sunt penarum squalore fedari, sic potius fuso pro Christo sanguine ab omnibus mundavere contagiis: insu- per & beatã immortalitatis luce digna reddidere, quod est lotas etiam dealbasse stolas in sanguine agni. Ideo sunt, in- quit, ante thronum Dei, & servant ei die ac nocte in templo ejus. Non est laboriosa, sed amabilis & optanda servitius, in Dei laudibus perpetuò disiter: dies quippè & nox non vicissitudinem temporis propriè, sed perpetuitatem tropicè significant. Nox enim non eris illic, sed dies una melior in

Ab. 13

2. Cor. 1
Apoc. 7
Ibidem
Ibidem
Ps. 83

Rom. 11



apoc. 7

antip Christi super milia, in qua non placet Rachel filios suos, sed absorbet Deus omnem lacrymam ab oculis eorum: dantque vocem laticie & salutis æternæ in tabernaculis iustorum ei, qui vivit & regnat Deus per omnia secula seculorum. Amen.

IN CIRCUMCISIONE DOMINI. Luc. 2.

In illo tempore cum consummatis essent dies octo, ut circumcideretur puer, vocatum est nomen ejus Jesus. Et reliqua.

BEDÆ PRESBYTERI DE EADEM LECTIO.

SANCTAM venerandamque præsentis festi memoriam paucis quidem verbis Evangelista comprehendit, sed non pauca cœlestis mysterii virtute gravidam reliquit. Expositâ namque navitate dominicâ, cujus gaudia mox Angeli dignis laudibus extulerunt, pastores devotâ visitatione celebrârunt, omnes qui tunc audire, mirati sunt. Nos quoque pro modulo nostro, prout potuimus, proximè Domino largiente, congruis Missarum hymnorumque solenniis exegimus, subjunxit atque ait:

Et postquam consummatis sunt dies octo, ut circumcideretur puer, vocatum est nomen ejus Iesus, quod vocatum est ab Angelo priusquam in utero conciperetur. Hæc sunt festivitatis hodiernæ gaudia veneranda, hæc sacræ solenniæ diei, hæc illa supernæ pietatis munera sacrosancta, quæ fidelium cordibus commendans Apostolus, ait: Quia ubi venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege, ut eos qui sub lege erant, redimeret, ut adoptionem filiorum reciperemus. Magnâ namque dispensatione pietatis ad redemptionem generis humani Deus Pater non Angelum, non Archangelum, sed filium suum unigenitum mittere dignatus est. Quem quia in divinitatis lux specie videre nequimus, magnâ rursus dilectionis arte providit, ut hinc factum ex muliere, hoc est, ex maternæ carnis substantia, sine virili admixtione conceptum, ad humanos verum hominem proferret aspectus: quia in divina virtute ac substantia manens, per omnia quod erat, veram naturæ mortalitatis infirmitatem, quam non habebat, indueret. Et ut nobis necessariam obediendi virtutis præcipuo commendaret exemplo, factum sub lege, filium suum milicæ Deus in mundum: non quia ipse legi quicquid debeat, qui unus magister noster, unus est legislator & iudex; sed ut eos, qui sub lege positi, legis onera portare nequiverant, suâ compassione juvaret, ac de servili conditione, qui sub lege erant, ereptos in adoptionem filiorum, quæ per gratiam est, suâ largitate reduceret. Suscepit ergo circumcisionem lege decretam in carne, qui abique omni prioris labe pollutionis apparuit in carne, & qui in similitudine carnis peccati, non autem in carne peccati adventi, remedium, quo caro peccati confueverat mundari, non respuit: licet etiam unda baptismatis, qua novæ gratiæ populos à peccatorum sordibus lavari voluit, ipse non necessitatis sed exempli causâ subit. Scire etenim debet vestra fraternitas, quia idem saluiferæ curationis auxiliium circumcisio in lege contra originalis peccati vulnus agebat, quod nunc baptismus agere revelat: gratiæ tempore continevit, excepto quod regni cœlestis januam necdum intrare potuerant, donec adveniens benedictionem daret, qui legem dedit, ut videri possit Deus deorum in Sion, tantum in sinu Abrahæ post mortem beatæ requie consolati superne pacis ingressum spe felici expectabant. Qui enim nunc per Evangelium suum terribiliter ac salubriter clamat: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu, non potest intrare in regnum Dei: ipse dudum per legem suam clamabat: Manus, cujus prapustij caro circumcisio non fuerit, peribit anima illa de populo suo, quia pactum meum vitæ fecit, i. quia pactum vitæ in paradiso hominibus mandatum Adam prævaricante transgressus est, in quo omnes peccaverunt: peribit de cœtu sanctorum, si non ei fuerit remedium salutaris subventum. Ultraque ergo purificatio, & circumcisionis videlicet, in lege, & in Evangelio baptismatis,

Galat. 4

Ioan. 3

Gen. 17

tollendæ prævaricationis primæ gratia posita est. Et ne cui seculi labentis ætati superni respectus munera deessent, illi quoque, qui à mundi exordio usque ad tempora datæ circumcisionis, vel post datâ circumcisionem, de aliis nationibus Deo placuerunt, vel hostiarum oblationibus, vel certe solâ fidei virtute suas tuorumque animas creatori commendantes, à primi reatûs vinculis absolvere curabant. Sine fide enim impossibile est placere Deo: & sicut alias scriptum est: Iustus enim ex fide vivit. Sed veniens in carne Dei filius, qui solam carnis naturam, nullam autem peccati contagionem contraxit de Adam, & quia Spiritus sancti virtute de Virgine conceptus & natus est, nullo egiit munere gratiæ renascens: utrumque genus purificationis subire dignatus est, & circumcisus videlicet, à parentibus octavâ die natiuitatis: & tricesimo ætatis anno baptizatus à Joanne, imò etiam tertium salutaris hostiæ munus ipse templi Dominus pro se non respuit offerri. Cujus die dehinc tricesimaterciâ Domino opitulante vestra charitas auditura simul est & celebratura mysteriû. Cuncta, inquam, & legalis, & Evangelicæ purificationis genera, qui nullò indiguit, Dominus suscipere non desepxit, ut & consummandæ jam legis decreta suo tempore doceret: esse saluberrima, & adventantis Evangelii cunctis fidelibus ostenderet æquè subeunda remedia. Sed & hoc quodd eodem die lux circumcisionis nomen ut Iesus vocaretur, accepit, ad imitationem præfæcit observatio nis, quam ex eo credimus sumptam, quod à Abraham Patriarcha, qui primus circumcisionis sacramentum in testamentum suæ magnæ fidei, & diving ad eum promissionis accepit, eodem die lux suorumque circumcisionis e iam nominis amplificatione simul cum sua conjugæ benedicti promeruit, ut qui eatenus Abram pater excelsus dictus est, deinde Abraham, i. pater multarum gentium vocaretur: quia patrem, inquit, multarum gentium constituit. Quia fidelissima promissio tam latè per orbem jam patet impleta, ut etiam nos ipsi de gentibus ad fidei illius devotionem vocati, ipsum nos patrè spiritualiter habere gaudeamus, dicente etiam nobis Apostolus: Et autem vos Christi, ergo semen Abrahæ istis secundum prorsum heredes. Et Sarai, inquit, uxorem tuam, nò vocabis Sarai, sed Saram, i. principem meam, sed principem videlicet. aperte docens, ut eam quartæ fidei particeps & sociâ facta est, non propriè principem lux domûs, sed absolute principem, i. omnium rectè credentium foeminarum vocaret, & intelligeret esse parentem. Unde B. Apostolus Petrus credentes de gentibus foeminas ad humilitatis, castitatis & modestiæ virtutem provocans, ejusdem matris nostræ Saræ debita cum laude meminit: Sicut Sarai, inquit, obediebat Abrahæ, dominum eum vocans, cujus estis ista benefactoris, & non timentes ullam perurbationem. Hæc dilectionem vestram, fratres, admonere curavimus, ut singuli vestram mentem, etiam seiplos perceptâ fide Christi cum Patriarchæ nominis excelsi meritis consortium, si perceptâ in Christo purificatione, baptismi salutaris derivatum à nomine Christi, gaudeant mutuale cognomen, & hoc usque ad finem firmum intemeratumque servare contendant, gaudentes in se illud Esaiæ vaticinium esse completum: Et servos suos vocabit illo nomine, hoc est, nomine Christiano, quo nunc omnes servi Christi se delectantur insigniri: Neque enim nomen aliud sub cœlo daturum est hominibus, in quo oporteat nris salvos fieri. Unde Propheta consequenter adjungit: In quo qui deus dicitur est super terrâ, benedicitur in Domino, Amen. Dicit & alias de eodem, multiplicandam etiam de gentibus Ecclesiam alloquens: Videbunt gentes justitiam tuam, & cuncti reges inclinantur tui, & vocabitur tibi nomen domini, quod os Domini locutum est. Quare autem puer qui natus est nobis, filius qui datus est nobis Jesu, i. Salvatoris nomen accepit, non expositione ut a nobis possit intelligi, sed sollicitâ ac vigili eger intentione, ut etiam nos possimus ejusdem nominis participatione salvari. Legimus quippe Angelo interpretante: Quia ipse salvari faciet populum suum à peccatis eorum. Et indubitanter credimus ac speramus, qui à peccatis salvat, ipse etiam à corruptionibus, quæ a peccatis contigerant, & ad ipsâ mortem salvare non omit-

Heb. 11
Abac. 2

Luc. 2
Matt. 4
Luc. 2

Gen. 17

Galat. 3

1. Pet. 3

Esa. 63

Act. 4

Ibidem.

Esa. 52

Esa. 9

Matt. 1



319

tit, Psalmista testante, qui ait: *Qui propitius sit omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes languores tuos. Dimissis quippe omnibus iniquitatibus nostris, ad integrum omnes languores nostri sanabuntur, cum resurrectionis apparente gloriâ novissima inimica destructa fuerit mors. Et hec est vera & plenaria nostra circumcisio, cum in die iudicii cunctis simul animæ carnisque corruptionibus exuti, mox peracto iudicio ad videndam perpetuò creatoris faciem, aulam regni cœlestis ingredimur, quod est typicè parvulos circumcisos ad templum Domini Hierosolimam cum laudibus hostiarum munus acceptabile deferri. Verâ enim circumcissione purgatus templum Domini cum muneribus ingreditur, qui gloriâ resurrectionis ab omni labe mortalitatis excoctus, cum bonorum fidei operum supernæ civitatis gaudia sempiterna subit, *Dirupisti, inquit, vincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis. Vocam eam Domino reddam in atrijs domus Domini, in conspectu omnis populi eius, in medio eius Hierusalem. Quod desideratissimum tempus cœlestis introitus illa dies octava, qua circumcisio celebratur, indicat. Sex etenim sunt hujus seculi ætates notissimis temporum distinctæ articulis, in quibus pro Deo laboribus insistere, & pro adipiscenda requie sempiterna ad tempus operari necesse est. Septima est ætas non in hac, sed in alia vita quiescentium usque ad tempus resurrectionis animarum. Octava autem ætas, ipsa est dies resurrectionis sine ullo temporis sine beatus, quando verâ omnimodò circumcissione gloriâ corescente, non ultra corpus quod corrumpitur, ad gravat animam: non terrena inhabitatio deprimat sensum multa cogitantem, sed corpus jam corruptibile lætificat animam, & sublevat cœlestis inhabitatio totum hominem visioni sui conditoris inherentem. Cujus æterni diei beatitudinem Propheta in illo, cuius supra meminimus, Psalmico consequenter exponit, animam suam ipse, & omnes interioris sui hominis affectus ad benedicendum Dominum, recordandaque omnes ejus retributiones excitans: *Qui redimisti me de interitu, inquit, vitam suam, qui factus in bono desiderium tuum, qui coronat te in misericordia & misericordia, renovabitur si, ut aquila juvenis tua. Et idem necesse est, fratres charissimi, ut qui ad hujus pulcherrime renovationis, quasi summæ circumcissione, desideramus præmia pertingere, curremus interim primitivæ circumcissione & renovationis, quæ quotidiano virtutum exercitio fit, subire remedia: Deponamus secundum pristinam conversationem veterem hominem, qui corrumpitur secundum desideria erroris, renovemur spiritu mentis nostræ, & induamus novum hominem, qui secundum Deum creatus est in justitia & sanctitate veritate. Neque audientes circumcissionem in uno corporis nostri membro nos caligare, sufficere credamus: sed sicut idem alibi monet Apostolus: *Mundemus nos ab omni labe & inquinamento carnis & spiritus, perficientes sanctificationem in timore Dei: retegamus Acta Apostolorum, videamus beatissimum protomartyrem Stephanum Judæis se cum Domino persequentibus terribiliter intonantem: *Duri cervicis, & incircumcisi cordibus & auribus, vos semper Spiritui sancto resististis. Si ergo in circumcisi cordibus & auribus sunt, qui Spiritus sancti monitis resistunt, est utique cordium & aurium circumcisio. Et si est cordium & aurium, est & omnium exterioris interioris; hominis nostri sensuum. *Qui enim viderit mulierem ad concupiscendam eam, qui habue. it oculos sublimes, hujus incircumcisus est visus: quibus voce veritatis dicitur: *Qui est ex Deo, verbum Dei audit. Propterea vos non audistis, quia ex Deo non estis. Incircumcisi sunt auribus, incircumcisi lingua & manibus sunt, quorum os locutus est vanitatem, & dextera eorum dextera iniquitatis: qui loquuntur pacem cum proximo suo, mala autem sunt in cordibus eorum, & dextera eorum repleta est muneribus. Incircumcisi sunt guttu, quos Propheta redarguit dicens: *Va qui potentes estis ad bibendam vinum, & viri fortes ad mistendam ebrietatem. Incircumcisi o factu & tactu, qui unguento & variis odoribus sunt delibuti: qui sequuntur aplexu mætræ, aspergentes cubile suum myrrhâ, & aliâ, & cananomo. Incircumcisi gressibus, de quibus Psalmista commemorat: *Contritus & infelicis in vijs eorum, & viam pacis non cog*********

Pf. 115

Sap. 9

Psal. 102

Ephes. 4

2. Cor. 7

Act. 7

Matt. 5

Prov. 6

Ioan. 8

Psal. 143

Ibid. 27

Ibid. 25

Esaiâ 5

Prov. 7

Pf. 11

novent. At qui omni custodia servans suum cor, qui avertunt oculos suos ne videant vanitatem, qui serpsunt aures suas spiritui, ne audiant linguam nequam, qui gustant & vident quàm suavis sit Dominus, quàm beatus vir qui sperat in eo, qui custodiunt vias suas ut non delinquant in via sua, qui donec superest halitus in eis, & spiritus Dei in naribus eorum, non loquuntur labijs iniquitatem, nec lingua eorum inveniatur mendacium, qui lavant manus suas ad mandata Dei qua diligunt, qui ab omni via mala prohibent pedes suos ut custodiant verbum Dei, isti omnes suos sensus petrâ spiritualis exercitii se ostendunt habere circumcisos: Petris quippe cultriscircuncissionem fieri legitur: *Petra autem erat Christus, cuius fide, spe & charitate, non solum in baptisate, sed in omni prorsus actione devota purificantur corda bonorum. Quæ & ipsa quotidiana nostra circumcisio, id est, continua cordis mundatio, semper octavæ fidei sacramentum celebrare non desistit, qui nos in exemplum dominicæ resurrectionis, quæ octavâ die, id est, post septimam sabbati facta est, sanctificare consuevit, ut quomodo surrexit Christus à mortuis per gloriam Patris, ita & nos in novitate vite ambulemus, præstante Deo, qui vivit & regnat in secula seculorum. Amen.*

IN EPIPHANIA DOMINI

Joan. 1. Math. 3. Marci 1. Luc. 3.

In illo tempore vidit Ioannes Iesum venientem ad se, & ait: Ecce agnus Dei, ecce qui tollis peccata mundi. Et reliqua.

BEDÆ PRESBYTERI DE EADEM LECTIONE.

IOANNES Baptista, & præcursor Domini Salvatoris, quem diu venturum populis verbo prædicaverat, ipsum iam venientem ad se, sicut ex lectione sancti Evangelii, fratres, modò cum legeretur, audistis, mox digito demonstravit, dicens:

Ecce agnus Dei, ecce qui tollis peccata mundi. Ecce agnus Dei, ecce innocens, & ab omni peccato immunitus, ut potè qui os quidem de ossibus Adam, & caro de carne Adam, sed nullam de carne peccatrice traxit maculam culpæ. *Ecce qui tollis peccata mundi,* ecce qui iustus inter peccatores, mitis inter impios, hoc est, quasi agnus inter lupos apparet, etiam peccatores & impios iustificandi habet potestatem. Quomodo autem peccata mundi tollat, quo ordine iustificet impios, Apostolus Petrus ostendit, qui ait: *Non corruptibilibus argento vel auro redempti estis de vana vestra conversatione paterna traditionis, sed pretioso sanguine quasi agni incontaminati & immaculati IESU CHRISTI.* Et in Apocalypsi Ioannes Apostolus, cuius est hoc Evangelium: *Qui dilexit nos, inquit, & lavit nos à peccatis nostris in sanguine suo. Non solum autem lavit nos à peccatis nostris in sanguine suo, quando sanguinem suum dedit in cruce pro nobis, vel quando uniusquisque nostram mysterio sacrosanctæ passionis illius baptismo aqua ablutus est, verum etiam quotidie tollit peccata mundi. Lavat itaque nos à peccatis nostris quotidie in sanguine suo, cum eisdem beatæ passionis ad altare memoria replicatur, cum panis & vini creatura in sacramentum carnis & sanguinis ejus ineffabili Spiritus sanctificatione transferretur: licet corpus & sanguis illius non in fidelium manibus ad perniciem ipsorum funditur & occiditur, sed fidelium ore suam sumitur in salutem. Hujus rectè figuram agnus in lege Paschalis ostendit, qui semel populum de Ægyptia servitute liberans, in memoriam ejusdem liberationis, per omnes annos immolatione suâ populum eundem sanctificare solebat, donec veniret ipse, cui talis hostia testimonium dabat, oblatiisque Patri pro nobis in hostiam odoremque suavitatis, mysterium suæ passionis oblato agno in creaturam panis vini que transferret, *Sacerdos factus in æternum secundum ordinem Melchisedech.* Sequitur:*

Ioannes testimonium perhibens de Domino: Hic est, inquit, de quo dixi: Post me venit vir, qui ante me factus est, quia prior me erat. Post me venit vir, post me natus est in mundo

Prov. 4 Pf. 118 Eccl. 2.2 Pf. 33 Pf. 38 Job. 27 Psal. 118 Ibidem.

Ioan. 5 2. Cor. 10

Rom. 6

I. Pet. I

Apost. I

Exod. 12

Pf. 109 & Heb. 7



post me predicare incipiet mundo, qui ante me factus est. qui me potentia maiestatis tantum, quantum sol uicerum, licet post apprensus, antecellit. Quia prior me erat, quia in principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum.

Post me venit vir. Tempus humanæ nativitatis, quo Joanne posterior est, intellige. Qui ante me factus est, primatum regni potestatis, quo eam Angelis prælidet, intueri. Quia prior me erat, æternitatem divinæ maiestatis, qua Patri est æqualis, intellige. Post me venit humanitate, qui ideo me præcellit dignitate, quia prior me erat divinitate.

Et ego nesciebam eum, inquit. Certum est, quia sciebat Dominum Joannes, cui testimonium perhibere missus est, quem iudicem omnium venturum predicabat, dicens: Cuius ventilabrum in manu sua, & per mundabit arcam suam: à quo Spiritum sanctum dari debere testabatur, ipse vos baptizabit, inquit, Spiritu sancto, à quo se ipsum ablui desiderabat, dicens: Ego te debeo baptizari, & tu venis ad me? Quomodo ergo dicit, & ego nesciebam eum, nisi quia eum, quem antea noverat, perfectus jam cum baptizaretur, agnovit? Quem mundi Salvatorem & iudicem noverat, huius potentiam maiestatis altius Spiritu sancto super eum descendente agnovit. Neque enim dubitandum est, quia B. Joannes cum Spiritum sanctum licet corporali specie videre, cum vocem Patris licet corporaliter sonantem meruisset audire, multum ex hoc visu & auditu profecerit, multum de divinæ potestatis excellentia revelatis oculis mentis scientiæ cœlestis accepit à Deo, ut ad comparationem intelligentiæ, qua tunc illustrari cœperit, eatenus illum, quantum esset, omnimodis sibi videretur ignorasse. Qui testimonium, in quod missus est, Domino diligenter perhibens, adjungit:

Sed ut manifestaretur in Israël, propterea veni ego in aqua baptizans. Quod est aperte dicere: Non ideo veni in aqua baptizans, quia peccata mundi baptizando tollere possum, sed ut eum baptizando ac predicando manifestarem populo Israël, qui in Spiritu sancto baptizans ad tollenda peccata non solum Israël, sed totius mundi, si ei credere voluerint, idoneus est. Propterea veni ego in aqua baptizans, ut sic baptizando illi viam præpararem, qui baptizaret in remissionem peccatorum.

Et testimonium perhibuit Joannes dicens: Quia vidi Spiritum descendentem quasi columbam de celo, & mansit super eum. Bene in columbæ specie descendit super Dominum Spiritum, ut discant fideles non aliter ejus Spiritu se posse impleri, nisi simpliciter fuerint, nisi veram cum fratribus habuerint pacem, quam significant oscula columbarum, Habent autem oscula & corvi, sed laniam, quod columba omnino non facit: significans eos, qui loquuntur pacem cum proximo suo, mala autem sunt in cordibus eorum. Columbæ autem natura, quæ à laniam innocens est, illis innocentibus aptissime congruit, qui pacem sequuntur cum omnibus & sanctimoniam, solliciti servare unitatem spiritus in vinculo pacis. Atque ideo Spiritus in columba descendendo non suam tantummodo, vel ejus in quem descendit, innocentiam simplicitatemque designat, sed eorum æquæ, qui sentiunt de illo in bonitate & simplicitate cordis quarum illum. Quorum unanimem pietatem ac mansuetudinem spiritali gratiâ donatam Dominus ipse laudans loquitur: Una est columba mea, una mater mea, electa genitrici sua. Matrem quippe ac genitricem Ecclesiæ Spiritus gratiam vocat, qua inspirante percepit, ut ipsa quoque possit columba rectè nuncupari. Denique Hebræo sermone, quo Scriptura sancta est edita, Spiritus genere feminino appellatur. Propter quod convenienter Ecclesia una Christi columba, & hæc mater ac genitrix suæ electa nominatur: quia nimirum, quod in unitate fidei Christianæ multis de gentibus congregatur, quod columbinâ ad invicem pace lætatur, quod electionis sorte beatur, non suo habet merito, sed dono accepit gratiæ spiritalis.

Et ego, inquit, nesciebam eum. Subaudis, tam subtiliter, per Spiritum in eum descendentem, cognovi.

Sed qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit: Super quem videris Spiritum descendentem, & manentem super eum, hic est qui baptizatus in Spiritu sancto. Baptizatus Dominus in Spiritu sancto per Spiritus sancti gratiam peccata dimittendo. Sive enim ipse aquâ aliquos discipulorum suorum primus baptizaverit, per quos ad ceteros fideles baptismi rivus profunderet, eisdem etiam Spiritu baptizabar peccata illis relaxando, & Spiritus dona ministrando: si ve fideles ejus invocato nomine ipsius aquâ baptizent electos, & chrismate sacro perungant, eisdem nihilominus ipse Spiritu sancto baptizat: quia nemo præter ipsum peccatorum nexus solvere, aut Spiritus sancti valet dona tribuere. Unde Evangelista Joannes cum dixisset: Audierunt Pharisei quia Iesus plures discipulos facit & baptizat quam Ioannes, protinus adiunxit: Quanquam Iesus non baptizaret, sed discipuli ejus: aperte dicens, quia etiam discipuli Iesu in nomine ejus aquâ baptizant, ipse tamen magis baptizatus intelligendus est, qui peccata dimittit. Baptizatus quoque Dominus in Spiritu sancto, cum per afflictionem ejusdem Spiritus corda fidelium suorum fervore sui live fraternæ charitatis accendit. Charitas enim, inquit, Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis. Baptizatus in Spiritu sancto, cum per afflictionem dat manifestationem Spiritus ad utilitatem virtutes operando. De quo baptismate ascensus in cœlum dixit discipulis: Vos autem baptizabimini in Spiritu sancto non post multos dies. Sed diligentius intendendum est, quia cum dixisset: Super quem videris Spiritum descendentem, addidit: Et manentem super eum: in sanctos enim ejus Spiritus descendit, Verum quia quamdiu sunt in corpore, peccato carere nequeunt, quia cœlestium contemplationi semper oculum mentis intendere non sufficiunt, sed sæpius hunc ad terrenam conversationem inflectunt, in eorum proculdubio cordibus Spiritus aliquando venit, aliquando recedit. Unde dictum est: Spiritus ubi vult spirat, & vos enim ejus audis, sed non scitis unde veniat aut quo vadat. Venit quippe ad sanctos, vadit à sanctis Spiritus, ut quem semper habere idonei non sunt, ejus per tempora redeuntis crebrâ luce reficiantur. In solo autem mediatore Dei & hominum: bominis Iesu Christo Spiritus perpetuo veraciter manet: in quo neque sordidæ cogitationis maculam, quam resurgeret, ullam invenit. Manet autem totus in illo non ex eo solum tempore, quo hunc Joannes super eum vidit descendentem, sed ex quo homo fieri incipiens, ejus ministerio & opere conceptus est. Unde etiam potestatem dandi hominibus Spiritum non minus habet ipse, quam Pater, ipso attestante, qui ait: Paracletus autem Spiritus sanctus, quem misit Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia. Et in alio loco, quod ipse hunc mittat, ostendit dicens: Si enim non abiero, paracletus non veniet ad vos: si autem abiero, misit eum ad vos. Quia nimirum una est in divinitate substantia, inseparabilis operatio Patris, & Filii & ejusdem Spiritus sancti. Nam & de ipso Spiritu, quod sua sponte veniat ubi velit, suâ potestate operetur quæ velit, testatur Filius, ubi ait, quod & supra memoravi: Spiritus ubi vult spirat. Hæc autem omnia, inquit Apostolus, operatur unus atque idem Spiritus, dividens singula prout vult. Idcirco autem super eum, in quo semper manebat, baptizatum Spiritus descendere ostenditur, ut & Baptista ipse celsius jam quem predicaret, agnosceret, & credentibus daret indicium, nequaquam se nisi baptizatos aquâ, Spiritus ejusdem posse baptismum mereri. Operandum interea quomodo speciale Filii Dei agnoscendi signum fuerit, quod super eum descendit & manserit Spiritus, cum etiam discipulis ipse promittat, dicens: Et ego rogabo Patrem, & alium paracletum dabit vobis, ut maneat vobiscum in æternum. Spiritum veritatis. Et paulo post: Quia apud vos manebit, & in vobis erit. Si enim apud servos Dei electos manet, & in illis erit Spiritus, quid magni est Filio Dei, quod in ipso manere Spiritus alitruatur? Notandumque quod semper in Domino manserit Spiritus sanctus, in sanctis autem hominibus quamdiu mortale corpus gestaverint, partim maneat in æternum, partim rediturus secedat. Manet quippe apud eos, ut bonis insistant actibus, ut voluntariam paupertatem diligant, mansue-

Ioan. 1

Matth. 3

Pf. 27

Ephes. 4

Sapient. 1

Cant. 6

Ioan. 4

Rom. 5

1. Cor. 12

Act. 1

Ioan. 3

2. Tim. 2

Ioan. 14

Ioan. 16

1. Cor. 12

Ioan. 14



rudinem consequantur, pro aeterno desiderio luceant, esuriant & sitiant iustitiam, mite icordiam, munditiam cordis, & tranquillitatem pacis amplectantur: sed & pro observatione iustitiæ persecutionem pati non veiantur, eleemosynis, orationibus & jejuniis, ceterisque Spiritus fructibus insistere desiderent. Recedit autem ad tempus, ne semper infirmos curandi, mortuos suscitandi, demones ejiciendi, vel etiam prophetandi habeant facultatem. Mane semper, ut possint habere virtutem, qua mirabiliter ipsi vivant: venit ad tempus; ut etiam alii per miraculorum signa quales fiot intrus, effulgeant.

Et ego vidi, inquit, & testimonium perhibeo quia hic est filius Dei. Suprà dixerat: *Post me venit vir, qui ante me factus est: nunc testimonium perhibet, quia hic est filius Dei*, utriusque naturæ veritatem, humana videlicet & divina, in una eademque Christi persona manifestè designans. Erubescat Manichæus audiens, *Post me venit vir*: conticescat Focinus audiens, *Hic est filius Dei*. Audiant mansueti & latentur, quia venit vir post Joannem fortior Joanne, qui baptizatus Spiritu sancto, & quia hic est filius Dei. Quia enim per superbiam recessimus homines à Deo, filius Dei per misericordiam factus est homo, ut idem ipse & per divinitatem Patri, & per humanitatem congrueret nobis: per humanitatem similem nobis pro nobis cum hoste confingere, per divinitatem Patri consubstantialiorem ad imaginem nos Dei & similitudinem, quam peccando amissimus, posset dignè recreare: per mortem nostræ fragilitatis destruere eum, qui habebat mortis imperium, & per impassibilem suæ divinitatis potentiam reconciliare nos Deo Patri, cum quo vivit & regnat Deus in unitate Spiritus sancti, per omnia secula seculorum. Amen.

IN OCTAVA EPIPHANIÆ.
Matth. 3. Marc. 1. Luc. 3.
Joan. 1.

In illo tempore venit Iesus à Galilæa in Iordanem ad Joannem, ut baptizaretur ab eo. Et reliqua.

BEDÆ PRESBYTERI DE
EADÉM LECTIÓNE.

LECTIO sancti Evangelii, quam modò, fratres, audivimus, magnum nobis & in Domino & in servo dat perfectæ humilitatis exemplum. In Domino quidem, quia cum sit Dominus, non solum ab homine terro baptizari, sed etiam ipse ad hunc baptizandum venire dignatus est. In servo autem, quia cum sciret præcursorem se ac baptistam Salvatoris esse destinatum, memor tamen propriæ fragilitatis in iunctum sibi humiliter excutavit officium dicens: *Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me?* Sed quia omnis qui se humiliat, exaltabitur, & Dominus, qui in forma hominis propter homines in iunctus humilis apparuit, mox à Deo Patre, quantum super homines, immò etiam quantum super Angelos, & super omne quod creatum est, emineret, apparuit voce delapsa ad eum huiuscemodi à magnifica gloria: *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacuit*. Et fidelissimus atque humillimus servus ille Joannes, qui baptizari à Domino, quam Dominum baptizare magis optavit, & ipsum baptizare Dominum, & apertis suæ mentis oculis descendentem super eum Spiritum præ cæteris mortalibus videre promeruit. Verùm quia breviter ista prælibavimus, latius jam cuncta expòsaturi ipsum sacre lectionis videamus exordium.

Tunc venit, inquit, Iesus à Galilæa in Iordanem, ut baptizaretur ab eo. Venit filius Dei baptizari ab homine, non anxiam necessitate abluendi alicujus sui peccati, qui peccatum non fecit ullum, nec inventus est dolus in ore ejus: sed piâ dispensatione abluendi omnis nostri contagionem peccati, qui in multis offendimus omnes, Et si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, & verus in nobis non est. Venit baptizari in aquis ipsarum conditor aqua-

rum, ut nobis, qui in iniquitatibus concepti, & in demeritis suis generati, secundæ nativitatis, quæ per aquam & Spiritum celebratur, appetendum inlinuaret mysterium. Dignatus est lavari aquis Jordanicis, qui erat mundus à sordibus cunctis, ut ad deluendas nostrorum sordes cælestium omnium fluenta sanctificaret aquarum. Sed quia humillimam Domini dispensationem ex lectione Evangelica cognovimus, etiam servi humillimam obedientiam sollicitè intentione videamus. Sequitur:

Ioannes autem prohibebat eum, dicens: Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me? Expavit illum ad se venisse ut baptizaretur aqua, cui nulla inerat, quæ baptismò tergeretur culpa, imò qui per sui gratiam Spiritus cunctam credentibus mundi tolleret culpam. Undè rectè intelligitur quod hic dicit Ioannes: *Ego à te debeo baptizari*, hoc esse quod apud Evangelistam Joannem illo ad se veniente dixisse narratur: *Eccè agnus Dei, ecce qui tollis peccata mundi*. Ab illo enim debemus omnes baptizari, qui ad hoc venit in mundum, ut peccata tolleret mundi: Ab illo debuit ipse Joannes baptizari, id est, à peccati originalis contagione mundari, qui quamvis nullo inter natos mulierum minor, tamen quali natus ex muliere culpa navo non carebat. Idèdque cum cæteris mulierum natis ab eo, qui natus est ex virgine Deum, in carne apparuit, opus habebat ablui. Quoniam ergo scriptum est: *Quid est homo ut immaculatus sit, & ut manus appareat, natus ex muliere*, iure timuit homo quamvis sanctus, natus tamen ex muliere, & ob id à culpæ macula non immunis baptizare Dominum, quem ex virgine natum noverat, nullam prorsus habere maculam culpæ. Sed quia vera humilitas ipsa est, quam obedientia comes non deserit, quod prius officium expavit, humiliter explevit. Nam sequitur:

Respondens Iesus autem dixit ei: Sine modo, sic enim decet nos implere omnem iustitiam, tunc dimissi eum. Id est, tunc demùm dimisit, tunc contulit, tunc passus est eum à se baptizari, cum tali ordine cognovisset omnem iustitiam debere compleri. Sine modo, inquit, sine me modo, ut iusti, à te baptizari in aqua, & tu postmodum à me quod queris, baptizaberis in Spiritu. Sic enim decet nos prærogatæ exemplum implendæ omnis iustitiæ, ut videlicet discant fideles neminem posse hominem absque unda baptismatis perfectè iustum exitere, & esse omnibus, quamvis innocenter & iuste viventibus, necessarium, vivificæ regenerationis officium, cum me, qui Spiritus sancti opere conceptus & natus sum, cognoverint, secundæ nativitatis subisse, vel potius sibi consecrâsse lavacrum. Nulla personarum majorum contemnat ab humilibus meis in remissionem peccatorum baptizari, cum meminerit Dominum, qui in Spiritu sancto baptizans peccata dimittere solet, suum baptizandum in aqua submissè servi manibus capui. Sequitur:

Baptizatus autem Iesus, confestim ascendit de aqua: & ecce aperti sunt ei cæli, & vidit Spirituum Dei descendentem sicut columbam, & venientem super se. Et hoc ad impletionem omnis iustitiæ pertinet quòd baptizato Domino aperti sunt ei cæli, & Spiritus descendit super eum: ut hinc nimirum fides nostra confirmetur, per mysterium sacri baptismatis aperti nobis introitum patris cælestis, & sancti Spiritus gratiam ministrari. Nunquid enim credi decet, Domino tunc primùm cælestia patuisse secreta, cum tecta fides habeat non minus tempo, e quo cum hominibus conversatus est, quam post & antea in sinu Patris mansisse, & se dem tenuisse cælesti? Aut à tricesimo ætatis anno, quando baptizatus est, Spiritus sancti dona percepit, qui primâ conceptione Spiritu sancto plenus semper exiit: Nobis ergo, fratres charissimi, nobis hæc sunt celebrata mysteria. Quia enim nobis Dominus sacrosancto sui corporis incinctu baptismi lavacrum dedicavit, nobis quoque post acceptum baptismum cæli aditum patere, & Spiritum sanctum dari monstravit. Et congrua multum distantia, quia primus Adam ab immundo spiritu deceptus per serpentem, gaudia regni cælestis amisit: secundus Adam à Spiritu sancto per columbam glorificatus, ejusdem regni limina referavit, flammâ que vibrantem, qua ingressum

pal. 50

ioan. 1

lob. 15

Luc. 14 & 16.

2. petr. 1

Esa. 53
1. Petr. 2
Iacob. 3
1. Ioan. 1

Gms. 3

paradisii

paradisii expulso Adam primo Cherub custos interclusi. Secundus Adam hodierna die per aquam lavacri renascens is extingui debere monstravit, ut unde ille cum tua conjuge ab hoste victus exiit, ibi ille cum sanctorum Ecclesia, sponsa videlicet sua, de hoste victor rediret, imò potiora redemptis à peccato vitæ immortalis munera patet futuri seculi, princeps pacis donaret, quam presentis nostri seculi pater princeps discordiæ venundatus sub peccato sua cum litpe perdidit: quia nimirum vita illa beatissima, quam deseruit Adam, quamvis incomparabili luce & pace sublimis ab omnium curarum stimulantium nube serena crebra Dei & Angelorum fuerit visione & allocutione glorificata, in terrâ tamen hujus era: locis constituta terrenis, quamvis nullo labore qualis alenda fructibus: at hæc quam Christus tribuit, in cælorum est arce vita perennis non crebra, sed continua divini contemplationis luce refecta. Prima hominis vita beata ita fuit immortalis, ut posset in ea homo non mori, si se à peccati reductione cauere servaret: secunda vero ita bet immortalis, ut non possit in ea homo mori, nec ulla peccati pullantis reductione tentari. Bene autem spiritus reconciliator in columba, quæ multum simplex est avis, apparuit, ut & suæ videlicet naturæ simplicitatem per hujus speciem animalis ostenderet. Spiritus sanctus disciplinæ effugiet fidum, & eum in quem descendit, mansuetum mitemque ac misericordiam supernæ præconem ministrumque doceret mundo esse futurum: simul & omnes qui sua gratia essent renovandi, simplices ac mundi corde admoneret ingredi: juxta quod scriptum est: *Sentite de Domino in bonitate, & in simplicitate cordis quærit illum. Quomam in malevolam animam non intrabit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis.* Hinc est quod S. mon, qui in felle amaritudinis & obligatione iniquitatis permanere consensit, partem fortemque in hoc spiritu habere nequit. Illo enim spiritu plenus erat, qui in serpente hominibus apparendo, quia ipse malitiæ & insidiarum peste infectus esset, corda diligenter edocuit. Sed descendente super Dominum spiritu, videmus quid sequitur:

Et ecce vox de caelis dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui. [Filius Dei Baptizatur in homine, spiritus Dei descendit in columba, pater Deus in voce sanctæ & individua Trinitatis in baptisimi declarat mysterio. Et recte, ut qui sacramentorum suorum dispensatoribus erat præcepturus, docere omnes gentes, & baptizare eas in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, primus ipse suo in baptisimato totam personaliter panderet ad esse Trinitatem. Quod ait vox paterna, *hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui,* ad comparationem terreni hominis dicit, in quo peccante quodammodo sibi displicuisse Deus conditor insinuat, cum ait: *Pœnitent me hominem fecisse in terra.* Pœnitentia quidem in Deum nulla cadit, sed nostro more loquens, qui compungi pœnitentia solemus, quando contra votum nostra opera verti videmus. Pœnitere se dixit hominem fecisse in terra, quem à rectitudine suæ facturæ peccando deviare conpexit. In filio autem suo unigenito sibi singulariter complacuit, quia hunc hominem quem induerat, à peccato immunem servare cognovit. Et in hac quoque voce patris, sicut & in cæteris baptizati Domini mysteriis, omnis justitiæ declaratur impletio. Coæternus enim & consubstantialis patri filius, descendente super eum spiritu, qui sit hominibus intimitur, ut per hoc dicant homines per gratiam se baptisimatis accepto spiritu sancto de filio diaboli in Dei filios se posse transferri, sicut Apostolus edocet, fidelibus ita loquens: *Acceptis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus Abba pater.* Et Evangelista Joannes: *Quorquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri.* His de baptisimo nostri Salvatoris, fratres charissimi, prout ipse donavit commemoratis, ad nos ipsos revertamur, & quia humilitatem obedientiamque Baptisimæ simul & baptizari audivimus, per humilem obedientiam baptisimæ quod suscipimus, servare curemus, mundantes nos ab omni inquinamento carnis & spiritus, perscuentes sanctificationem in timore Dei. Humiliter ergo ejus subeunda & servanda mysteria eis, qui

nec dum in his sunt initiati suadeamus, & quotquot per gradum sacerdotalem ad dispensanda illorum sumus sacramenta promoti, humiliter in unum nobis impleamus officium. Studeamus omnes solliciti, ut januam patriæ celestis, quæ nobis est divinis patefacta mysteriis, humanis ipsi nobis non intercludamus illecebris. Neque enim frustra Dominum apud Evangelistam Lucam post baptisimæ oratione, & sic celo aperte spiritum ac vocem patris venisse commemoratur, qui etiam tribus consonantibus Evangelistis baptizatus, mox jejunium quadraginta dierum solitarius exercuit: sed nos profectò docuit, nosque suo informavit exemplo, ut post acceptam in baptisimo remissionem peccatorum, vigiliis, jejunis, orationibus, cæterisque spiritus fructibus operamur, ne nobis torpentibus minime sollicitis immundus spiritus, qui de corde nostro expulsi baptisimo fuerat, reseat, nosque spiritalibus divitiis vacuos inveniens, septemplici peste deprimat, & sint novissima nostra peiora prioribus. Caveamus seduli ne ignem ipsi, qui vitæ iter ocludat nostrorum crebro accendamus fomitem vitiorum. Flammeus namque gladius qualisconque ille est, qui paradisi ostia servat singulis quibusconque fidelium fonte baptisimatis extinctus est, & ut redire possit homo ablatus, infidelibus autem manet semper immobilis. Sed & falso fidelibus vocatis quidem, sed non electis, dum post baptisimæ se criminibus implicare non metuunt, quasi post extinctionem idem ignis reaccenditur: ne mereantur intrare regnum, quod fido corde ac duplici requirunt, serpentino potius dente fraudulenti, quam simplici oculo columbini, quem in Ecclesia sua multum se diligere Dominus ostendit, qui in amoris Cantico ait: *Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra, oculi tui columbarum.* Vnde quia nobis ad discendam Deo placitam simplicitatem columbæ forma proponitur, diligentius ejus naturam videamus, ut per singula innocentia ejus exempla, vitæ nobis emendatoris instituta sumamus. *Hæc à malitiâ filii prorsus aliena est.* Et nos igitur à malitiæ felle alienemur, omnique amaritudo, & ira, & indignatio tolleretur à nobis cum omni malitiâ. Nullum ore vel unguibus ledit, nec micinas quidem musculas, vel vermiculos, quibus minores penè oes aviculæ se suosque pullos nutriunt, inquit. Videamus ne dentes nostri sint arma & sagittæ, ne mordentes & comedentes invicem, consumamur ab invicem. Contineamus manus à rapinis: qui furabatur, jam non furetur. Magis autem labore operando manibus suis quod bonum est, ut habeat unde tribuat necessitatè patienti. Nam & columba sæpe alienos quasi suos fertur alere pullos. Ipsa terræ fructibus & semine pascitur. Audiamus Apostolum: *Bonum est non manducare carnem, & non bibere vinum.* Et Apostolus Petrus: *Ministrate, inquit, in fide vestra virtutem, in virtute autem scientiam, in scientia autem abstinentiam, in abstinentia autem patientiam, in patientia autem pietatem, in pietate autem amorem fraternitatis.* Gemitum pro cantu habet. Miseri simus, & lugemus, & ploremus coram Domino, qui fecit nos. *Risus noster in luctum convertitur, & gaudium in mœrorem.* Beati enim lugentes, quoniam ipsi consolabuntur. Super aquas sedere consuevit, ut venturi raptum accipitris prævisa in aquis umbra declinet. Et nos mundi sumus, ac mundati scripturarum fluentis, seduli assidere curemus, quarum speculis edocti dignoscere & præcavere valeamus insidias hostis antiqui. Tales quippe amat Ecclesia, sponsa videlicet Christi, quæ in amoris sui laudibus cantat: *Oculi ejus sicut columba, qua lacte sunt lota, & resident juxta fluentem plenissima. Nidificare solentur foraminibus petra, in caverna maceria.* Petra Christus est, cuius in cruce clavis manus, latus est lancea perforatum, unde continuo sanguis & aqua, nostræ videlicet sanctificationis & ablutionis mysterium exivit. Maceria est virtus coadunata sanctorum, caverna in ea sinus patris dilectionis, quo teneriores fidelium animos dum ad fidei, spei & dilectionis perfectionem nutriendos suscipiunt, quasi nidificantibus columbis in se locum pandunt. Hæc ergo fortiorum auxilia, qui adhuc pupilli in fide sumus, humiliter subeamus, his Dominicæ passionis

Sap. 1
Ibidem
Ibidem
Matt. 28
Gm. 6
Rom. 8
Joan. 1
2. Cor. 7

Luc. 3
Matt. 1
Luc. 4
Luc. 11
Gen. 3
Cantic. 1
Ephes. 4
Psal. 50
Galat. 5
Ephes. 4
Rom. 14
2. Petr. 1
Psal. 94
Iacob. 1
Matt. 5
Cantic. 5

facramentis semper sanctificari curemus. Talem namque omnium nostrum conversationem Dominus quaerit, talibus intentam studiis unicusquisque nostrum vitam videre debiderat, talium voce suas laudes decantari ac praedicari gratulatur. Surge, inquit, amica mea, speciosa mea, & veni columba mea in foraminibus petrae, in caverna maceria. *Ostende mihi faciem tuam, sonet vox tua in auribus meis.* Hæc de natura columbarum septem virtutis exempla commemorasse sufficiat. Et rectè fortasse, quia Spiritus sancti, qui in columba descendit, septiformis est gratia. Verùm ex omnibus, quæ de ejus natura moraliter interpretanda humana potest comperire solertia, restat unum quod de ejus actu mystico sacra narrat historia. Cùm enim Dominus in figuram futuri baptismatis originalis mundi scelera diluvii aquis ablueret, transacta mundatione scire volens Noe, qualiter se facies haberet terræ, emisit corvum, qui ad arcam redire contempserat: significans eos, qui abluti licet unda baptismatis, nigerrimum tamen veteris habitum hominis emendatius vivendo deponere negligunt: & ne sancti Spiritus unctione renovari mereantur, statim ab intima Catholicæ pacis, & quietis unitate exteriora, id est, seculi desideria sequendo desciscunt. Emisit post eum columbam: illa venit ad eum vespere, portans ramum olivæ virentibus foliis, in ore suo. Animadvertitis credo, fratres, & me loquentem vestro intellectu prævenitis, ramum olivæ virentibus foliis gratiam esse Spiritus sancti vitæ verbis abundantem: de cujus plenitudine super Christum requiescente, Psalmus ait, *Venit te Deus, Deus tuus, oleo latissia, præ consortibus tuis.* De cujus dono consortibus Christi dato loquitur Joannes: *Vos unctionem habetis à sancto, & nostis omnia.* Et pulcherrima comparatione umbra veritatis concinit. Ramum olivæ columba corporalis ablutam diluvii aquis detulit in arcam, Spiritus sanctus in specie columbarum corporalis baptizatum aqua Iordanis descendit in Dominum. Nos quoque Christi & Ecclesiæ membra, quos non solum homines, qui erant in arce cùm Noe, sed & animantia quæ arca continebat, & ipsa quoque ligna, ex quibus eadem facta est arca, figurant post acceptum undæ regenerationis lavacrum: per unctionem sacri christi gratia Spiritus sancti signamur, quam conservare in nobis intemeratam dignetur ipse, qui dedit Iesus Christus Dominus nosse, qui vivit & regnat in æternum, Amen.

IN DIE PURIFICATIONIS DEIPARÆ MARIE VIRGINIS. Luca 2.

In illo tempore, postquam impleti sunt dies purificationis Mariæ secundum legem Moysi, sederunt Iesus in Hierusalem, ut sisterent eum Dominus sicut scriptum est in lege Domini: Quia omne masculinum adaperiens vulvum, sanctum Domino vocabitur. Et reliqua.

BEDÆ PRESBYTERI DE EADEM LECTIÖNE.

SOLENNITATEM nobis hodiernæ celebritatis, quam quadragesimo Dominicæ nativitatæ die debitis veneramus officiis, maxime ejusdem Domini Salvatoris nostri, simul & intemeratæ genitricis ejus humilitate dedicatam sacra Evangelii lectio designat: exponens eos qui legi nihil debuerant, implendis se legalibus per omnia subdidisse decretis. Sicut enim modo cùm legeretur, *audimus, postquam impleti sunt dies purificationis ejus (videlicet matris illius) secundum legem Moysi, sederunt illam in Hierusalem, ut sisterent eum Domino: sicut scriptum est in lege Domini.* Quia omne masculinum adaperiens vulvum, sanctum Domino vocabitur. Præcepit namque lex, ut mulier quæ suscepto semine peperisset filium, immunda esset septem diebus, & in die octava circumcideret infanculum, non enim prius aptaret: deinde etiam alios tringinta tres dies ab ingressu templi ac viri toro abstineret, donec quadragesimo nativitatæ die filium cum hostiis ad templum Domini deferret: primogenitum autem omnis masculini sexus san-

ctum Domino vocari, atque ideò munda quæque offerri Deo, immunda autem mundis mutari, vel occidi, & omne primogenitum hominis quinque siclis argenti debere redimi. St autem seminatam peperisset mulier, immunda fieri iussa est quatuordecim diebus, & sexaginta sex aliis diebus à templi ingressu suspendi, donec octogesimo nativitatæ die, quæ dies purificationis ejus vocabatur, illa se suamque sobolem hostiis sanctificatione veniret, ac sic demùm ad torum viri libera redire deberet. Intueamur, fratres charissimi, diligentius verba legis quæ proposuimus, & videbimus aperitissimè, quàm beatissima Dei genitrix, & perpetua virgo Maria, simul cùm filio quem genuit, ab omni fuerit legis subiectione liberrima. Cùm enim dicat lex, mulierem quæ sine virilis susceptione feminis virgo peperit, unà cùm filio qui natus est ei, neque immundam describat, neque per hostias salutare doceat esse mundandam. Sed sicut Dominus ac Salvator nosse, qui divinitatis legem dedit, apparet in homine, fieri voluit sub lege, ut eos qui sub lege erant, redimeret, ut adoptionem filiorum recipere mus: ita etiam beata genitrix illius, quæ singulari privilegio supra legem fuit, pro ostendendo tam humilitatis exemplo, legalibus subditi non refugit infirmitatis: iuxta illud viri Sapientis, *Quanto magnus est humilitas in omnibus.*

Et ut darent, inquit, hostiam secundum quod dictum est in lege Domini. Per turturum, aut duos pullos columbarum. Hostia hæc pauperum erat. Præcipit quippe Dominus in lege, ut qui posset, agnum pro filio vel filia, simul & turturum live columbam offerret: qui verò non sufficeret ad offerendum agnum, duos jam turtures, vel duos columbarum pullos offerret. Ergo Dominus nostræ per omnia memor salutis, non solum homo fieri, cùm Deus esset, sed etiam cùm dives esset, pauper fieri dignatus est pro nobis: ut nos sua paupertate simul & humanitate divitiarum, & divinitatis suæ donaret esse participes. Sed libet paulisper incurrere, cur hæc maxime volucres in hostiam Domini juberentur offerri: Nam & Abraham Patriarcha tanto ante legem has in holocaustum Domini legitur obtulisse, & in plerisque legis caeremoniis, qui mundandus esset, per has jubebatur mundari. Columba ergo simplicitatem, turtur indicat callitatem: quia & colūba simplicitatis, & callitatis amator est turtur: ita ut si conjugem casu perdidit non aliam ultra quærere curet. Unde in laudibus Ecclesiæ loquitur Dominus: *pulchra sunt gona tua sicut turtur: Et iterum: Ecce tu pulchra es amica mea, sicut tu pulchra, oculi tui columbarum. Genas quippe turturis habet, qui ab omni impudicitæ peste cautum se custodit, & immuam: oculos habet columbarum, qui nulli nocere desiderans, etiam inimicos simplici amore conuocatur. Sed utraque avis memorata, quia gemitum pro cantu edere solet, sanctorum in hoc seculo designat ploratum, de quo Dominus memorat, dicens: *Amen amen dico vobis, quia plorabitis & flebitis vos, mundus autem gaudebit: vos autem conconsolabimini: sicut tristitia vestra vertetur in gaudium.* Et rursum: *Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur.* Merito ergo turtur & columba Domino offeruntur in hostiam: quia nimium simplex & pudica fidelium conversatio gratum est illi sacrificium iustitiae: qui quia laborat in gemitu suo, qui lachrymis stratum suum singulas per noctes abluit, acceptissimam pro se Deo victimam faciat. Cùm verò utraq; avis illa propter consuetudinem gemendi præsentis sanctorum iuctus & desideria superna designet, hoc tamen differunt, quòd turtur solivagus, columba autem gradatim gemere consuevit: & ob id ille secretas orationum lachrymas, illa publicos Ecclesiæ conventus insinuat. Bene autem puer Iesus primò circumciditur, ac sic interpositis diebus Hierosolymam cùm hostia defertur: quia & ipse jam juvenis, prius omnem carnis corruptionem moriendo aut resurgendo calcavit, ac deinde interpositis diebus cùm ipsa carne jam immortali, quam pro nostra salute hostiam Deo fecerat, ad gaudia supernæ civitatis ascendit. Et unusquisque*

nostrum

Cant. 2

Gen. 8

Psal. 44

1. Joan. 2

Levit. 12

Galat. 4

Eclis. 3

Levit. 12

Gen. 15

Cant. 1

Joan. 16

Matt. 5

Exod. 13

Levit. 12

nostrum prius aqua baptismi à peccatis omnibus, quasi vera circumcissione purgatur, ac sic efficiens gratia nova lucis, ad altare sanctum (salutari hostia Domini corporis & sanguinis consecrandus ingreditur. Nam & ipsa singulariter simplex & casta nostri Salvatoris humanitas, quæ oblata est Deo patri pro nobis, non incongruè per immolationem columbæ sive turturis potest figurative exprimi. Sed & omnis in fine mundi Ecclesia primò communi resurrectione cunctam terrenam labem mortalitatis & corruptionis exuet, ac deinceps in regnum celestis Hierusalem bonorum victimis operum Domino commendata transferetur. Quod autem Simeon & Anna, provectæ videlicet ætatis vir & femina, devotis confessionum officiis Dominum, quem corpore parvum vident, sed magnum divinitate intelligunt, excipiunt: illam profectò populû Iudæorum synagogam figuratè denuntiant, quæ legæ incarnationis ejus expectatione fatigata, promp- tis illum mox, ut advenit, & paratum illis actionem, & fidei non fictæ vocibus exaltare ac magnificare studuit, acclamans illi, & dicens: *Dirige me in veritate tua, & doce me, quia tu es Deus salutaris meus & re servavi tota die.* Sed & hoc dicendum, quia merito uterque sexus ei gratulabundus occurrerit, qui utriusque redemptor apparebat. Magno sanè metu, fratres mei, audienda sunt verba, quibus idem Simeon de Domino prophetans matrem ejus alloquitur:

Ecce postea est hic in ruinam, & resurrectionem multorum in Israel, & in signum cui contradicetur. Et tuam ipsius animam pertransibit gladius, ut revelentur ex multis cordibus cogitationes. Desideranter namque multum auditur, quòd politus dicitur Dominus in resurrectionem multorum: quia sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes vivificabuntur: quia ipse dicit, *Ego sum resurrectio & vita, qui credit in me, etiamsi mortuus fuerit, vivet: & omnis qui vivit, & credit in me, non morietur in æternam.* Sed non minùs terribiliter sonat, quòd præmittitur, *Ecce postea est hic in ruinam.* Infelix namque satis est, qui agnita resurrectionis gloria deterius cadit, qui visa luce veritatis gravioribus peccatorum nebulis obcæcatur. Unde curandum nobis summo- perè est, ut recta quæ cognovimus, operando semper exercere meminerimus, ne de nobis dicatur illud à postoli Petri: *Quia melius erat ei viam veritatis non agnoscere, quàm post agnitionem reversum reverti ab eo, quod tractatum est illi sancto mandato.*

Et in signum, inquit, cui contradicetur. Signo dominicæ crucis multi sæpè Iudæorum exterius multi contradicere gentiliam: multi quod est gravius, falsi fratres hoc interius professionis superficie sequuntur, sed veritate prævæ actionis nimium persequuntur, dicentes se nosse Deum factis autem negantes.

Et tuam ipsius animam pertransibit gladius. Gladium appellat esse-tum Dominicæ passionis & mortis in cruce, qui Matris animam pert: ansvit: quia non sine acerbò dolore potuit crucifixum morientemque videre, quem licet resurrecturum à morte quasi Deum nullatenus ambigebat, tamen quasi sua è carne procreatum mori pavida do- lebat.

Ut revelentur ex multis cordibus cogitationes. Ante incarnationem Dominicam velatæ erant cogitationes multorum, neclatè patebat, quis æternorum amore flagraret, quis celestibus bonis temporalia mente præferret: sed nato cæli Rege in terra confestim pius quisque gaudebat, Herodes autem turbatus est, & omnis Hierosolyma cum illo. Prædicante & miracula faciente, omnes turbæ & timebant, & glorificabant Deum Israel: Pha- isæi autem & scribæ dicta ac facta ejus salutaria rabido ore carpebant. Passio in cruce impii læticia stulta, pii tristitia iusta replebantur: sed surgente à mortuis, & ascendente in cælum horum læticia in morte, illorum est mæstitia gaudio mutata perenni: sicque juxta prophetiam beati Simeonis apparente in carne Domino, *revelata sunt ex multis cordibus cogitationes.* Non hæc autem disparium revelatio cogitationum tunc solum acta in Iudæa, sed hæc etià apud nos credenda est actitari. Erunt enim Domino apparente *revelantur*

ex multis cordibus cogitationis, cum lecto vel prædicato verbo salatis, alii audientium libenter auscultant gaudentes perficere acta, quæ auditu didicerunt alii fallitientes quæ audiunt, non hæc agendo patrare, sed his potius insultando nituntur contraire. Unde oportet fratres, ut quoties verbum doctrinæ celestis aliquid contrarium à duris auditoribus pari tenerimus, imremur tristitiam cordis eorum, qui passim in carne Dei verbum digno dolore compassionis tenebant: quotiens verò idem verbum in auditorum fidelium mente per dilectionem returgere, atque ad gloriam conditoris nostri per bona opera proficere viderimus, gaudeamus cum eis, qui Christum resurrexille à mortuis, atque ad cælos ascendere votis aspexere felicibus. Sanè quoniam castas, simplices & gemebundas aves Domino offerri consueville cognovimus, quibus nostra sobrietas, simplicitas & compunctio cordis au hori nostro semper offerenda signat, oportet iuvari diligentibus: quia non frustra dicitur turtures, aut duo pulli columbæ, & unus ex his pro peccato, alter in holocaustum offerri debere præcipitur. Duo sunt namque genera compunctionis, quibus semetipsos Domino fideles in ara cordis immolant: quia nimirum, sicut ex patrum dictis accepi- mus, Deum licetens anima priùs timore compungitur, postea amore. Priùs enim sese in lachrymis afficit, quia dum maiorum suorum recolit, pro his perpeti supplicia æterna pertimet, quòd est unum turturum sive pullum columbæ pro peccato offerre: dum longa mæroris anxietate fuerit formido consumpta, quædam jam de prælump- tione veniæ securitas nascitur, & in amorem celestium gaudiorum animus inflammatur. Et qui priùs flebat, ne duceretur ad supplicium, postmodum flere amarissime incipit: quia dicitur à regno, quòd est de altero turture sive pullo columbino holocaustum facere. Holocaustum namque totum incensum dicitur. Et holocaustum seipse Domino facit, qui spretis omnibus terrenis, solo supernæ beatitudinis desiderio altiare, solam hanc per lucum ac lachrymas querere dulce habet. Contemplatur etenim mens, qui sunt illi angelorum chori, quæ ipsa societas beatorum spirituum, quæ majestas æternæ visionis Dei, & amplius plangit, quia bonis perennibus deest, quàm flebat priùs, cum mala æterna metuebat. Viranque autem nostræ compunctionis hostiam gratauer accipere dignetur, qui & pro peccato lugentibus, atque afflictis clementer errata dimittit: & pro ingressu vitæ celestis tota mentis intentione ferventes æternæ suæ visionis luce reficit Iesus Christus Dominus noster, qui vivit & regnat cum Patre in unitate Spiritus sancti, Deus per omnia secula seculorum, Amen.

IN CATHEDRA SANCTI PETRI.

Marc. 8. Matth. 16. Lucæ 9.

In illo tempore egressus est Iesus, & discipulis ejus, in castellum Cæsarea Philippi. Et reliqua.

BEDÆ PRESBYTERI DE EADEM LECTIONE.

PHILIPPUS iste est frater Herodis, de quo supra diximus, tetrarcha Iudææ & Traconitidis regionis, qui in honorem Iberi Cæsaris Cæsaream Philippi, quæ nunc Pannas dicitur, appellavit: & est in provincia Phœnicis, imitatus Herodem patrem, qui in honorem Augusti Cæsaris appellavit Cæsaream, quæ priùs turris Stratonis vocabatur, & ex nomine filia ejus Libyadem trans Iordanem extruxit. Iste locus est Cæsareæ Philippi, ubi Iordanis ad radices oritur Libani, & habet duos fontes, unum nomine Ior, & alterum Dan, qui simul mixti Iordanis nomen efficiunt.

Erunt interrogabat in via discipulos suos, dicens: Quem me dicunt esse homines? Qui responderunt illi, dicens: alij Ioannem Baptistam, alij Heliam, alij verò quasi unum de Prophetis. Pulchre Dominus fidem discipulorum exploraturus, pri- mò hominum sententiam interrogat: ne videlicet illo

Psal. 24.

1. Cor. 3 f
IOAN. 11

1. Petr. 2

Tit. 1

Matth. 2



331

tum confessio non veritatis agnitione probata, sed vulgi videatur opinione firmata: nec comperta credere, sed imita Herodis de auditis habitare putentur. Unde & Petro se Christum confitentem secundum Matthaeum, dicit. *Quia caro & sanguis non revelavit tibi: hoc est, doctrina humana fidei te veritatem non docuit.* Pulchre etiam qui diversam de Domino sententiam ferunt, hominum nomine notantur. Nam qui veritatem potentia ejus fideliter ac pia mente cognoscunt, nequaquam homines, sed dii appellari merentur: quales fuisse Apostolos secunda sua interrogatione Dominus ostendit. Nam sequitur:

Tunc dicit illa: Vos verò quem me dicitis esse? Attende enim prudens lector, quod ex consequentibus textuque sermonis, Apostoli nequaquam homines, sed dii appellantur. Cum enim dixisset, Quem me dicent esse homines, subiecit: Vos verò quem me dicitis esse: Illis quia homines sunt, humana opinantibus, vos qui dii estis, quem me esse existimatis?

Respondens Petrus, ait: Tu es Christus. Licet ceteri Apostoli sciant, Petrus tamen respondit praeter ceteris. Complexus est itaque omnia, qui & naturam & nomen expressit, in quo summa virtutum est. Et jam ne nos de generatione Dei differamus quaestiones, eam Paulus indicaverit nihil scire, nisi Christum Jesum, & hunc crucifixum: Petrus nihil amplius, quam Christum Dei filium putaverit consistendum: nos & quando, & quomodo natus sit, & quantus sit, humanae infirmitatis contemplatione rimamur. Finis ergo fidei mei Christus est, finis fidei meae Dei filius est. Non licet mihi scire generationis seriem, non licet tamen nec scire generationis fidem.

Et comminatus est eis, ne cui dicerent de illo. Et cepit docere illos, quoniam oportet filium hominis multa pati, & reprobari à senioribus, & à summis sacerdotibus, & caetera. Idcirco se ante passionem & resurrectionem noluit praedicari, ut completo postea sanguinis sacramento, opportunius Apostolis diceret: *Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.* Quia non prodesset publice praedicari, & ejus vulgari in populis majestatem, quae post paululum flagellatum visuri sint, & crucifixum, multa pati à senioribus & scribis, & principibus sacerdotum. Et notandum, quòd cum qui multa pati, & occidi, & resurgere debeat, filium hominis appellat: quia passio in carne Christo divinitas impassibilis mansit.

Et apprehendens eum Petrus cepit increpare eum. Quomodo increpaverit eum, Matthaeus exponit aperte, dicens: *Et assumens eum Petrus cepit increpare illum dicens: Absit à te Domine, non eris tibi hoc.* Sapè diximus nimii ardoris atque amoris quam maximi fuisse Petrum in Dominum salvatorem. Quia ergo post confessionem suam qua dixerat: *Tu es Christus filius Dei vivi:* & praemium Salvatoris quo audierat secundum Matthaeum, *Beatus es Simon Barjona, quia caro & sanguis non revelavit tibi, sed pater meus, qui in caelo est:* repente audit à Domino, oportere eum ire in Hierosolimam, ibique multa pati à senioribus & scribis, & principibus sacerdotum, & occidi, & tertia die resurgere: non vult delitri confessionem suam, nec putat heri posse, ut Dei filius occidatur: apprehenditque eum in affectum suum, vel separatim ducit, ne praesentibus ceteris condiscipulis magistrum videatur arguere. Et cepit increpare illum amantis affectu, & optantis dicere: *Absit à te Domine, ne eris istud:* hoc est, non potest fieri, nec recipiunt aures meae, ut Dei filius occidendus sit.

Qui conversus, & videns discipulos suos, comminatus est Petro, dicens: Vade post te satana. Satanas interpretatur adversarius si e contrarius. Quia contraria, inquit, loqueris voluntati meae, debes adversarius appellari. Multi putant quòd non Petrus correptus sit, sed adversarius spiritus, qui hoc dicere Apostolo suggerebat: Sed mihi error Apostolicus, & de pietatis affectu veniens, nunquam incentivum videbitur diaboli. *Vade satana, diabolo dicitur: Vade post me, Petrus audit. Vade post me, hoc est, sequere sententiam meam: Quoniam non lapis quae Dei sunt, sed quae sunt hominum. Meae voluntatis est & patris, ejus veni facere vo-*

luntatem, ut pro hominum salute moriar: tu nam tantum considerans voluntatem, non vis granam tritici in terram cadere, ut multos fructus afferat.

IN NATALI DIVI BENEDICTI
Abbatis. March. 19. Luc. 78. Marc. 16.

In illo tempore dixit Simon petrus ad Iesum: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te. Quid ergo erit nobis? Et reliqua.

BEDÆ PRESBYTERI DE
EADDEM LECTIONE.

AUDIENS à Domino Petrus, quia dives difficile intraret in regnum caelorum, sciensque secum suis condiscipulis ad integrum mundi fallentis sprevisse delicias, voluit agnoscere quid vel ipsi, vel caeteri, mundi contemptores pro majore mentis virtute majoris praemii sperare deberent. Et respondens Domino ait:

Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te. Vbi solenter intueamur, quod non solum se omnia reliquisse, sed & Dominum sequi gloriatur: quia stultum profectò est, juxta Platonem & Diogenem, & quosdam alios Philosophos, vitae quidem hujus divitias calcare, & non hac pro aeterna adipiscenda vita, sed pro inani agere mortalium laude captanda: stultum praesentes labores ultrò, & abique spe futurae subire quieris & pacis. Perfectus autem ille est, qui abiens vendit omnia quae habet, & dat pauperibus, ac veniens sequitur Christum. Habet enim thesaurum non deficientem in caelis. Unde bene interrogante Petro, dixit talibus Iesus:

Amen dico vobis, quod vas qui secuti estis me, in regeneratione cum sederit filius hominis in sedem maiestatis suae, sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel. In hac quippe vita pro ejus nomine laborantes, in alia praemium sperare docuit, id est, in regeneratione, cum videlicet in vitam immortalem fuerimus resurgendo regenerati, qui in vitam caducam mortaliter eramus geniti. Et iusta praesens retributio, ut qui hic pro Christo humanae gloriae celsitudinis neglexerunt, illic à Christo iudices glorificari singulariter cum eo humanae conversationis affideant: & quia sequendis ejus vestigiis nulla ratione poterant avelli. Nemo autem putet duodecim tantum Apostolos, quia pro Iuda praevicantem Matthias electus est, tunc esse iudicandos: sicut nec duodecim sola sunt tribus Israel iudicandae; alioquin tribus Levi, quae tertiadecima est, in iudicata recedit: & Paulus qui tertiusdecimus est Apostolus, quia pro Iuda praevicantem Matthias electus est, iudicandi forte privabitur, eum ipse dicit: *Nescitis quoniam Angelus iudicabitis, quanto magis secularia?* Sciendum namque est, omnis qui ad exterrantem Apostolorum sua reliquerunt omnia, & secuti sunt Christum, iudices eum eo venturos, sicut etiam omne mortalium genus esse iudicandum. Quia enim duodenario saepe numero solet in scripturis universitas designari, per duodecim sedes Apostolorum omnium numerositas iudicantium, & per duodecim tribus Israel universitas eorum, qui iudicandi sunt ostenditur. Unde notandum, quòd duo sunt ordinis electorum in iudicio futuri: unus iudicantium cum domino, de quibus hoc loco memorat, qui reliquerunt omnia, & secuti sunt illum: alius iudicatorum à Domino, qui non quidem omnia sua pariter reliquerunt, sed de his tamen quae habebant, quocidanas dare elemosinas Christi pauperibus curabant. Unde & audituri sunt in iudicio: *Veni benedicti patris mei, possidete praeparatum vobis regnum à constitutione mundi.* Esurivi enim, & dedistis mihi manducare: sitiivi, & dedistis mihi bibere, & caetera, quorum & in superioribus hujus lectionis Dominus meminit, cum principe quodam interrogante, quid boni faciendo vitam possideret aeternam: *Si vis, inquit, ad vitam ingredi, serva mandata. Non homicidium facies, non furtum, non falsum testimonium dices, vel honora patrem & matrem, & diliges proximum tuum, sicut teipsum.* Ergo qui mandata Domini servat, ad vitam ingreditur aeternam: qui autem non solum

Matt. 16

1. Cor. 2

Matt. 28

Matt. 18

Joan. 12

1. Cor. 8

Matt. 25

Matt. 19
Exod. 20

mandata servat, verum etiam conblum Domini, quod pro contemnendis divitiis mundi à luxibus tribuit, sequitur, non tantum vitam ipse percipiet, sed etiam de vita aliorum cum Domino iudicabiturque ià fit, ut in iudicio, ut diximus, duo sint ordines bonorum. Sed & reproborum duos ibi futuros ordines Domino narrante comperimus: unus eorum qui fidei Christianæ mysteriis initiati, opera fidei exercere contemunt, quibus in iudicio restatur: *Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui parati estis diabolo & angeli eius. Esurivi enim, & non deditis mihi manducare, & cætera.* Alterum eorum, qui idem & mytheria Christi vel nunquam suscepere, vel susceptam per apostasiam deseruere, de quibus dicit: *Qui autem non credit, iam iudicatus est, quia non credit in nomine unigeniti filij Dei. Qui quoniam nec verbatenus Christum colere voluerunt, nec verba saltem eius quibus coarguantur in iudicio, merentur audire: sed ad hoc tantum veniunt in iudicium, ut cum eis qui iudicantur peccatoribus, in damnationem mittantur æternam.* Verum his cum timore & pavore debite paulisper commemoratis ad latissima potius Domini & Salvatoris nostri promissa convertamus auditum. Videamus quæ tantæ gratiæ pietatis, non æternæ tantummodo vitæ præmia suis sequacibus, sed & præsentis muneris pollicetur eximia.

Et omnis, inquit, qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut uxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit. Qui enim terrenis affectibus sive possessionibus pro Christi discipulatu renuntiaverit, quo plus in eius amore profecerit, eo plures inveniet, qui se interno suscipere affectu, & suis gaudeant sustentare substantiis: ejus nimirum professionibus vitæque confortes, qui se pro Christo pauperem factum in suis domibus agrisque recipere, & majorem prorsus quam uxor, parens, frater, aut filius carnalis devotione charitatis referere delectentur. Centuplum namque quod ait, non numerum amantium in Christo, & servientium pro Christo fidelibus, sed universitatem perfectionemque, qua per charitatem invicem servant, ostenditur. Cujus rei & in nobis ipsis, fratres charissimi, sæpè exemplum sumimus, cum alicubi pro rerum necessitate digredientes cuncta nobis monasteriorum habitacula quasi propria patere cognovimus, cunctos in nostrum obsequium syncretissima devotione pronos aspeximus, & maxime in beate memorie patre nostro beato Benedicto, cujus hodie venerandam assumptionis diem debita solennitate recolimus, totum lectionis hujus tenorem videmus perfectissime compleri. Derelictis enim omnibus secutus est Christum, quando pretis eius in monasterio regali acquisierat vel acquirere valebat, cum esset nobilis natus, ad beatorum Apostolorum limina peregrinaturus advolavit: ut quia rudis adhuc in gente Angelorum fides & Ecclesiarum institutio florebat, ibi potius perfectam vivendi formam sumeret, ubi per summos Christi Apostolos totius Ecclesie caput eminet eximium. Ibi ergo eruditus in Christo, illis in partibus attonsus, ibi est monasterialibus imbutus institutis: ibidem totam vitæ suæ exacturus, si non Apostolica Domini Papæ prohiberet auctoritas, qui eum propter ducendum in Britannia sanctæ recordationis Archiepiscopum Theodorum in patriam redire præcepit. Nec longo post tempore etiam Reges seculi cognito virtutum ejus studio, locum eis construendi monasterii non ab aliqua minorum personarum oblatum, sed de suis propriis donatum dare curabant. Quem ille acceptum non perfectissime juxta regularem disciplinam interius exteriisque constituit, non pro suo capti decreta nobis statuens sed antiquorum statuta ceterissima monasteriorum, quæ peregrè didicerat, sibi suisque observanda proponens. Nec cuilibet vestrum, fratres grave debet videri, si nota loquamur, sed delectabile potius assimare, quia vera loquimur, quando patris nostri spiritualia gesta narramus, cui manifeste miraculo Domini, quod fidelibus suis promittit, adimplevit: *quia omnis qui reliquerit domum, vel fratres aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet in hoc tempore,*

& in seculo futuro vitam æternam. Reliquit quippe cognatos, quando patriam deseruit: accepit verò centuplum, quia non solum à cunctis in hac terra pro virtutum industria merita veneratione habitus est, sed & in Gallia atque Italia, Romæ atque in maris insulis, ab omnibus qui eum nosse potuerunt dilectus, adeo ut ipse Papa Apostolicus ad profectum monasterii hujus, quod illum nuper fundasse gaudebat, Ioannem illi Abbatem atque archicantorem Romanæ Ecclesie, sicut charitas vestra bene meminuit, in Britanniam Roma deducendum præfaret, per quem idem monasterium morem canendi ac ministrandi canonicum juxta ritum sanctæ Romanæ atque Apostolicæ Ecclesie perciperet. Reliquit domos & agros quos habuerat pro Christo, de quo agrum semper virentis paradisi, & domum non manu factam, sed æternam in cælis accipere sperabat. Reliquit uxorem & filios, non quidem uxorem acceptam, & filios ex carne natos, sed uxorem prorsus accipere, ex qua filios habere posset, castitatis amore contempsit, malens ad illa centum quadraginta quatuor millia electorum pertinere, qui cantant *canticum novum ante sedem Dei & agni*, quod nemo potest dicere nisi illi: *Hi enim sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati, & sequuntur agrum quocunque abierit.* Et accepit centuplum, quando non in his solummodo, sed in marinis eum partibus plurimi in domos suas recipere viantem, suorum fructibus agrorum recipere desiderabant, quando patronum per plures illi, quando viri Deo devoti pro animi constanti excellentia, non minori quam conjugibus aut parentibus propriis dilectionis instantia serviebant: accepit centuplum domus & agros, quando hæc, in quibus monasteria construeret adeptus est. Vxorem namque dimittere pro Christo, & in hoc centuplum accipere est: quia nimirum centuplum majus esset tunc meritum charitatis inter continentes propter fructum spiritus, quam inter lascivientes quondam propter desiderium carnis filios, quos carnaliter habere despexit, centuplum accipere meruit spirituales. Centenarius quippe numerus, ut sæpè dictum est, perfectionem figuratè significat. Nos namque sumus filii ejus, quos in hanc monachiam demum pius provisor induxit: nos sumus filii ejus, si ter virtutum ejus imitando tenemus, si non à semita regulari, quam docuit, torpendo deflectimus. Meminimus namque fratres, qui illum nosse potuimus, dicere crebro auditu, quos post obitum filius in nostræ fraternitatis consortium pietas superna congregavit, quia quamdiu sospes erat corpore, pro gloria sanctæ Dei Ecclesie, & maxime pro hujus monasterii pace, honore & quiete semper laborare persistabat: toties mare transiit, nunquam, ut est consuetudinis quibusdam, vacuum & inutilis rediit, sed nunc librorum copiam sanctorum, nunc reliquiarum beatorum martyrum Christi munus venerabile detulit, nunc architectos Ecclesie fabricandæ, nunc vitrafactores ad fenestras ejus decorandas ac munendas, nunc cantandi, & in Ecclesia per totum annum ministrandi secum magistros adduxit, nunc epistolam privilegii à Domino Papa missam, qua nostra libertas ab omni extrinseca incurfione vitaretur, apportavit, nunc picturas sanctorum historiarum, quæ non ad ornatum solummodo Ecclesie, verum etiam ad instructionem intuitum proponerentur, advenit, videlicet ut qui literarum lectione non possent opera Domini & salvatoris nostri, per ipsarum contutum discederent imaginum Qui in his & in hujusmodi rebus ideò tam plura laborare studuit, ne nobis sic laborandi remaneret necessitas: ideò toties transmarina loca adiit, ut nos omnibus scientiæ salutaris dapibus abundantes, intra monasterii claustra quietere, & cum secura libertate Christo servire queamus. Qui etiam cum corporis infirmitate corripere tur premereturque acerbis, semper interim debitas gratiarum actiones de monasteriorum quas didicerat, docueratque regulis servandis, semper de Ecclesiasticis observationibus, quas per omnes civitates, & maxime Romæ viderat, semper de locis sanctis, quæ se iustitiam se juvenem meminuit, loqui & iterare delectabile habebat. Sic longis viri unum studiis exercitatus, longo insuper

animo

Apoc. 14

animo semper infirmitatis martyrio excoctus, post centupla gratiæ præsentis munera ad vitam traiecit æternam. Unde necesse est, fratres charissimi, ut tanquam boni filii & tanto parente digni, exempla ac præcepta illius in omnibus fervare curemus, neque ulla nos à vestigiis tanti ductoris sequendis animæ vel carnis illecebra revocet: quatenus & ipsi qui carnales affectus substantiamque reliquimus terrenam, qui uxores ducere, ac filios carnaliter procreare Angelicæ conversationis amore fastidivimus, augente spiritalium virtutum merito, & in præsentis centuplum accipere de societate sanctorum, & in seculo venturo vitam possidere mereamur æternam, præstante gratia Redemptoris nostri, qui vivit & regnat cum Patre in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia secula seculorum, Amen.

IN FESTO ANNUNTIATIONIS
beatæ Mariæ virginis. Lucæ 1.

In illo tempore missus est Angelus Gabriel à Deo in civitatem Galilææ, cui nomen Nazareth, ad virginem desponsatam viro, cui nomen erat Ioseph, de domo David, & nomen virginis Maria. Et reliqua.

BEDÆ PRESBYTERI DE
EADDEM LECTIOE.

EXORDIVM nostræ redemptionis, fratres charissimi, hodierna nobis sancti Evangelii lectio commendat. quæ Angelum à Deo de cælis missum narrat ad virginem, ut novam in carne nativitatem filii Dei prædicaret, per quam nos abjecta vetustate noxia renovari, atque inter filios Dei computari possimus. Ut ergo ad promissæ salutis mereamur dona pertinere, primordia eius intenta curemus aure percipere.

Missus est, inquit, Angelus Gabriel à Deo in civitatem Galilææ, cui nomen Nazareth, ad virginem desponsatam viro, cui nomen erat Ioseph. Aptum profecto humanæ restitutionis principium, ut Angelus à Deo mitteretur ad virginem partu consecrandam divino, quia prima perditionis humanæ fuit causa, cum serpens à diabolo mittebatur ad mulierem spiritu superbiæ decipiendam: imò ipse in serpente diaboli veniebat, qui genus humanum deceptis parentibus primis, immortalitatis gloria nudaret. Quia ergo mors intravit per feminam, aptè redit & vita per feminam. Illa à diabolo seducta per serpente viro gustum necis obtulit, hæc à Deo edocta per Angelum mundo autorem salutis edidit.

Missus est ergo Angelus Gabriel à Deo. Rarò autem legimus, quia apparentes hominibus Angeli designantur ex nomine. Verùm quotiescunq; fit, idèò utique fit, ut etiam nomine ipso quòd ministraturi veniant, influent. Gabriel namque fortitudo Dei dicitur. Et meritò tali nomine præfulget, quia nascituro in carne Deo, testimonium perhibet. De quo Propheta in Psalmo: *Dominus, inquit, fortis & potens, Dominus potens in prælio.* Illo nimirum prælio, quo potestates aereas debellare, & ab earum tyrannide mundum veniebat eripere.

Ad virginem desponsatam viro, cui nomen erat Ioseph, de domo David, & nomen virginis Maria. Quod dicitur de domo David, non tantum ad Ioseph, sed etiam pertinet ad Mariam: Legis namq; erat præceptum, ut de sua quisq; tribu ac familia duceret uxorem, Apostolo quoq; attestante, qui ad Timotheum scribens, ait: *Memor esto Dominum Iesum Christum resurrexisse à mortuis ex semine David secundum Evangelium meum.* Idèò enim veraciter ex femine David ortus est Christus, quia incorrupta eius genitrix veram de stirpe David originem duxit. Cur autem Dominus non de simplici virgine, sed de desponsata viro concipi & nasci voluerit, plurimæ à patribus rationabiles causæ profertur, è quibus permaxima est, ne velut stupri rea damnaretur, si virum non habens filium procrearet: deinde ut in his etiam quæ domestica cura naturaliter exigebat, puerpera solatio sustentare, ut virili. Oportebat ergo beatam

Mariam habere virum, qui & testis integritatis eius certissimus, & nati ex ea Domini ac Salvatoris nostri esset nutritus fidelissimus: qui que & pro parvulo, secundum legem, hostias ad templum deferret, & eum in tante perfectionis articulo in Ægyptum cum matre ferret ac referret, aliaque illi per plura, quæ assumptæ humanitatis fragilitas poscebat, necessaria ministraret. Nec multum obstitit, si quis illum ad tempus eius filium credidit, cū prædicantibus Apostolis post ascensionem eius cunctis palam credentibus, quod de virgine natus esset, patuerat. nec prætereundum, quod beata Dei genitrix meritis præcipuis etiam nomine testimonium reddidit. Interpretatur enim stella maris. Et ipsa quasi sydus eximium inter fluctus sæculi labentis gratiæ privilegii specialis refulsit.

Et ingressus autem Angelus ad eam, dixit: Ave gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus. Quæ salutatio quantum humanam consuetudinem inaudita, tantum est beatæ Mariæ dignitati congrua. Verè etenim gratia erat plena, cui divino munere collatum est, ut prima inter feminas gloriosissimum Deo virginitatis munus offerret. Unde de iure angelico aspectu simul & affatu meruit perfui, quæ angelicam studebat vitam imitari. Verè gratia erat plena, cui ipsam, per quem gratia & veritas facta est, Iesum Christum generare donatum est. Et idèò verè Dominus cum illa erat, quam & prius novæ castitatis amore à terrenis ad cælestia desideranda sustulit, & postmodum mediante humana natura omni plenitudine divinitatis consecravit: Verè quoque benedicta inter mulieres, quæ sine exemplo mulieris conditionis cum decore virginitatis gavisa est honore parentis, quodque virginem matrem decebat. Deum filium procreavit. Quæ postquam motu humanæ fragilitatis, & visione angelicæ, & insolita est salutatione turbata, mox idem Angelus eam repetito sermone netimeat, hortatur: quodque maxime timorem pellere conluevit, quasi benè cognitam ac domesticam proprio eam nomine vocat, & quare gratia plenam diceret, diligenter edocet.

Ne timeas, inquit, Maria, invenisti enim gratiam apud Deum. Ecce concipies in utero, & paries filium, & vocabit nomen eius Iesum: hic erit magnus, & filius altissimi vocabitur. Notandus solerter ordo verborum, & tanto arctius est cordi insatendus, quanto manifestè patet, quia in his tota redemptionis nostræ summa consistit. Nam manifestissimè Dominum Iesum, id est, Salvatorem nostrum, & verum Dei Patris, & verum hominis matris filium prædicat.

Ecce, inquit, concipies in utero, & paries filium. Agnosce verum hunc hominem, veram de carne virginis allumplisse substantiam carnis.

Hic erit magnus, & filius altissimi vocabitur. Confitere eundem etiam Deum verum de Deo vero, & æterno patri filium semper esse coæternum. Quod autem futuro tempore dicitur, *Hic erit magnus, & filius altissimi vocabitur,* nemo ita intelligendum putet, quod Dominus Christus ante partum virginis non fuerit, sed ita hoc potius dictum intelligamus, quia potentiam divinæ maiestatis quam Dei filius æternaliter habuit, hanc idem homo natus ex tempore acceperit, ut una in duabus naturis persona esset mediatoris ac redemptoris nostri.

Et dabit illi Dominus Deus sedem David patris eius. Sedem David regnum dicit Israëliticæ plebis, quòd suo tempore David iubente pariter & juvante Domino fidei devotione gubernavit. Dedit ergo Dominus redemptori nostro sedem David patris eius, quando hunc de genere David incarnati disposuit, ut populum quem David temporaliter rex imperio, ipse gratia spiritali ad æternum proveheret regnum, de quo Apostolus ait: *Qui eruit nos de potestate tenebrarum, & transtulit in regnum, sibi dilectionis sue.* Hinc est quod idem populus divino admonitus instinctu, cum passurus ille Hierosolymam properaret, in eius laudem gaudens decantabat: *Benedictus qui venit in nomine Domini rex Israël.* Et iuxta aliam Evangelicam, *Benedictum quod venit regnum patris nostri David.* Aderat enim tempus quo redempti per eius sanguinem mundi rex agnosceretur: non solum enim David, sed & totius Ecclesiæ,

Gen. 3

Psal. 23

Num. 36

1. Tim. 2

Coloss. 1

Ioan. 12

Marc. 11

imè omnium conditor & rector seculorum. Vnde rectè angelus postquam dixit, *Et dabit illi Dominus sedem David patris eius;* continuo subiunxit, *Et regnabit in domo Iacob in aeternum.* domum namq; Jacob Ecclesiam dicit universam, quæ per fidem & confessionem Christi ad patriarcharum pertinet sortem, sive in iis qui de patriarcharum stirpe carnis originem duxerunt, seu in illis qui de aliis nationibus carnaliter edici, spiritali lavacro sunt Christo renati. In qua videlicet domo *regnabit in aeternum;* & *regis eius non erit finis.* Regnat quippe in ea in præsentis vita, cum electorum corda per fidem & dilectionem suam inhabitans regit, atq; ad percipienda supernæ retributionis dona continua protectione gubernat. Regnat in futuro, cum eisdem finito statu temporalis exiit ad habitationem patriæ celestis introduci: in qua præsentis eius visione semper admoniti nihil aliud agere, quam ejus vacare laudibus gaudent.

Dixit autem Maria ad Angelum: *Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco?* Quomodo, inquit, fieri potest, ut concipiam partum; filium, quæ in castimonia virginitalis vitam consummare disposui? Non autem quali incredula verbis angeli, quomodo hæc impleri valeant, inquit, sed certa quia oportebat impleri quod & tunc ab angelo audiebat, & prius à Propheta dictum legerat, quod ordine implendum sit, interrogat: quia videlicet Propheta qui hoc futurum prædixit, quomodo fieri posset, non dixit, sed angelo dicendum reservavit.

Respondens ergo angelus dixit ei: *Spiritus S. superveniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Ideoq; & quod nasceret ex te sanctum, vocabitur filius Dei.* Superveniens in virginem Spiritus S. duobus modis, in ea divinæ suæ potentæ efficaciam ostendit: quia & mentem illius addeò, quantum humana fragilitas patitur, ab omni vitiorum sordibus castificavit, ut celestis digna esset partu, & in utero illius sanctum ac venerabile redemptoris nostri corpus, sola sui operatione creavir: nullo interveniente virili attacku carnem de carne virginis sacrosanctam de intemerata formavit. Quem enim prius aperit Spiritum S. dixit, hunc ipsum deinde virtutem altissimi nominavit: juxta hoc quod Dominus, cum ejusdem spiritus adventum discipulis promitteret, ait, *Et ego misit promissum patris mei in vos: vos autem sedete in virtute, quoad usq; induamini virtute ex alto.* Obumbravit autem beatæ Dei genitrici virtus altissimi: quia Spiritus S. cor illius cum implevit, ab omni actu concupiscentiæ carnalis temperavit, emundavit à desideris temporalibus, ac donis celestibus mentem simul illius consecravit, & corpus. Ideoq; & quod nasceret ex te sanctum, vocabitur filius Dei: quia quod de sanctificatione spiritus concipies, sanctum erit quod gignitur. Congruit conceptioni nativitas, ut quæ contra humanæ conditionis morem virgo concipies, supra humanæ consuetudinis modum Dei filium generes. *Omnes quippe homines in iniquitate concipiunt, & in delictis nascuntur: quot quos autem donante Deo ad vitam præordinati sumus aeternam, ex aqua & Spiritu S. renascuntur.* Solus verò redemptor noster pro nobis incarnari dignatus, mox sanctus natus est: quia sine iniquitate conceptus est. Possimus sanè in eo quod dicitur, *Et virtus altissimi obumbravit tibi,* altius quiddam de sacramento Dominicæ incarnationis intelligere. Obumbrari enim nobis dicimus cum fervente meridiano sole, vel arborem mediam, vel aliud quodlibet umbraculi generis inter nos & solè opponimus, quo ardorem ejus, vel lucem nobis tolerabiliorem reddamus. Redemptor ergo noster non immeritò solis luce vel ardore designatur, qui nos veritatis scientia il'ustrat & amore inflammat. Vnde ipse per Prophetam dicit: *Vobis autem similibus, nomen meum oritur solisutis.* Cujus scilicet solis rad as beata virgo suscipit, quando Dominum concepit. Sed idem solj. divinitas redemptoris nostri tegmine se humanæ naturæ quasi umbraculo quodam obrexit, quo mediane virginis eum viscera ferre sufficerent: sicq; virtus altissimi obumbravit ei, dum divina Christi potentia & eam præsentia iter implevit, & ut capi ab illa posset, substantia se nostræ fragilitatis obnubilavit.

Et ecce Elizabeth cognata tua, & ipsa concepit filium in senectute

suâ. Non quasi incredulam exemplis hortatur ad fidem, sed ut bene jam credenti quæ audierat, ampliora supernæ dispensationis miracula replicat, ut quæ Dominum virgo erat paritura, præcursorem quoq; domini de aenac diu stitili parente cognosceret esse natusurum. Nec mirandum juxta historiam, quod Elizabeth cognata dicitur Mariæ, cum superius hæc de domo David, illa de filiabus Aaron orta esse narratur. Legimus namque quod ipse Aaron de tribu Iuda, de qua David ortus est, uxorem accepit, videlicet Elizabeth filiam Aminadab, sororem Naafon, qui fuit dux tribus Iuda in deserto, cum egredierentur ex Aegypto. Rursusq; regnantibus David posteris legimus, quod Ioiada Pontifex maximus uxorem habuerit de tribu Regali, hoc est, Iosabeth filiam regis Ioram. Ipse est Ioiada, cuius filium Zachariam virum aquè sanctissimum lapidaverunt inter tempus & altare, sicut etiam ipse Dominus beatorum martyrum mentionem faciens in Evangelio testatur. *Vnde tribus utraq;* hoc est, regia & sacerdotalis, cognatione semper adinvicem probatur esse conjuncta. Potuit autem hujusmodi conjunctio etiam recentiori tempore fieri, datis nuptum feminis de tribu in tribum, ut manifestè beatam Dei genitricem, quæ de tribu regia descendit, cum tribu sacerdotali cognationem generis habuisse constaret, quod ministeris celestibus aptissime congruit. Oportebat namq; ut apparet in mundo mediator Dei & hominum de utraq; tribu carnis originem haberet: quia nimirum ipse in humanitate assumpta utraq; habiturus erat personam, sacerdotis scilicet & regni. Siquidem de regia ejus potestate, quæ electis suis regnum perenne tribuit, & præfens sancti Evangelii lectio testatur: *quia regnabit in domo Iacob in aeternum, & regni ejus non erit finis.* Porro de pontificali ejus dignitate in qua pro nostra redemptione hostiam suæ carnis offerre dignatus est, testatur Propheta, qui ait: *Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech.* Accepta autè tanta gratia, videamus beatam Mariam in quanta humilitatis arce persistat.

Ecce inquit, ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum. Magnam quippe humilitatis constantiam tenet, quæ se ancillæ sui conditoris dum mater eligitur, appellat. Beata in mulieribus angelico oraculo prædicatur, incognita adhuc cæteris mortalibus arcana nostræ redemptionis edocetur: nec se tamen de singularitate meriti excellentioris singulariter extollit, sed potius suæ conditionis ac divinæ dignationis in omnibus memoret, famularatum se Christi consortio humiliter adjungit, famulatam Christo devota quod jubetur, impendit. *Fiat, inquit, mihi secundum verbum tuum, fiat ut Spiritus sanctus adveniens me celestibus dignam mysteriis reddat, fiat ut in meo utero filius Dei humanæ substantiæ habitum induat, atq; ad redemptionem mundi tanquam sponsus suo procedat de thalamo.* Cujus vocem mentemque nos fratres charissimi, pro modulo nostro sequentes, famulos esse nos Christi in cunctis actibus nostris motibusque recolamus, ejus semper obsequiis omnia corporis nostri membra mancipemus, ad ejus implendam voluntatem totum mentis nostræ dirigamus intuitum, sicque perceptis ejus munebus grâtiis rectè vivendo reddamus, ut ad majora percipienda digni existere mereamur. Preceunt seduli cum beata Dei genitrice, ut fiat nobis secundum verbum ejus, illud videlicet verbum, quo rationem suæ incarnationis ipse exponens, dicit: *Sic enim dilexit Deus mundum, ut unigenitum filium suum daret, ut omnis qui credit in ipsum, non pereat, sed habeat vitam aeternam.* Nec dubitandum, quin nos de profundis ad se clamantes citius exaudire dignabitur, propter quos necdum se cognoscentes, ipse ad profundam hanc vallem lachrymarum descendere dignatus est. Iesus Christus Dominus noster, qui vivit & regnat cum Patre in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia secula seculorum, Amen.

PARTIS HOMILIARUM HYEMALIIUM DE TEMPORE & DE SANCTIS, BEATÆ PRESBYTERI, FINIS.

Exod. 6

4. Reg. 11

1 Par. 24

Matth. 23

Psal. 109

Psal. 18

Joan. 3

Luc. 24

Psal. 50
Joan. 3

Malac. 4